FEVDALIVM CONCLV=SIONVM DECADES QVATVOR, QVIBVS INSIgniora doctrinæ de iure fundorum beneficiariorum capita breuiter & dilucidè explicantur, conſcriptæ

per

IACOBVM KLEIST POMMERANVM.

Cum gemino elencho: primo, Rubricarum ſingularum: altero, rerum memorabilium in quatuor his Concluſionum Decadibus contentarum, ſuccinctè collecto.

ITEM,

Breuis repetitio in titulum conſuetudinum feudalium de Allodijs, conſcripta ab eodem Autore.

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO IMPERIALI.

FRANCOFORTI
Apud Hæredes Chriſtiani Egenolphi.
Anno 1568.



Epigramma in conclusiones Feudales Nobilis & doctissimi viri D. Iacobi Kleisten Pommerani.

AUTORE NICOL. A GEIB. BAVARO.

Ἀϊδίοιο Θεοῦ δῶρον μέγαλον νόμος ἐστὶν
ἔμμεναι οὗ θνητοὶ μηδὲ δύνανται ἄνευ.
Τοὔνεκα φευδαλίης νομικῆς φανερῶν κεφάλαια
Ὀξαλέως, ὅσσ' δεῖς Κλέιστ Πομέρανε, καλῶς.
Μνημόσυνον φιλίας ἡμῶν νῦν τοῦτ' ἀπελσύθων
Λάμβαν'· ὅτι πέλεται θυμὸς ἄριστος ἀεί.

GENEROSO

GENERO-
SO ET MAGNIFICO, ERVDITIONE ET PRVDEN-

tia excellentiſsimo Domino, Domino Ludouico, Comiti ab Eberſtein, Domino in Neugarten, & Maſſow, &c. Domino ſuo clementi, Iacobus Kleiſt Pommeranus S.



XIMIAM ſacræ legũ prudentiæ dignitatem, præſtantiamq́ꝫ oſtendere antiquorum ſeculorum eruditi uiri ucłentes, ad ipſos maiorum gentium Diuos earum retulere originem. A Pallade etenim Solonem Athenienſem: à Ioue Cretenſem Minoën: ab Apolline deniq́ꝫ Lacedæmonium Lycurgum informatos expreſſè in ſuis

prodiderũt monumentis. Hinc etiam orator Græcus τὸν νόμον τῶν θεῶν εὕρημα uocat: ut inde eos, uisis peruolutatisq; Hebræorum uoluminibus, à datorum Moisi προσταγμάτων historia, ad suorum temporum religionem facta applicatione, id sumpsisse, probabiliter crediderim. Quod quidem ipsum nos Christianæ ueritatis illustrati luce pleniùs, constantiorique fundamento astruere possumus: cùm haud obscurè cognitum habeamus, æternũ poli tellurisq; dominum noticias de se, deq; honestorum & turpium discrimine animis ad sui imaginem formatorum hominũ (præterquàm, quòd eorum primum, ut sacrarum paginarum

docemur

docemur autoritate, certæ statim & speciali astrinxerit legi) in prima conditione inseuisse, easdemq́ tenebris inuolutas po stea repetendo illustrasse. Ad quam amussim, aucto hominibus terrarum orbe, reliquæ inuente promulgatæq́ sunt leges. Quæ quidem si ab illa recesserint orbita, non hoc nomine ornandæ, sed manifestæ iniquitatis, iniustitiæ, & uiolentiæ prete xtus erunt appellandæ. Quocir cà ipse Iustinianus noster, cùm de ueteris iuris enucleatione, & Romanarum sanctionum agit autoritate, ueras leges iniquitatis expultrices: & in Pandectarum frontispicio Iuriscõsultus, fundamentum, originem, & ma

trem Iuris Iuſtitiam rectè & ele
ganter uocãt: dictam Iuſtitiam,
quòd uim ſiſtat, nec progredi
patiatur: ut in iuſtitia κατ᾽ ἀντισοι-
χεῖον pro ui ius appoſitum liceat
ſpeculari: adeóque antiquorum
eruditam laudibus meritò cele-
brare interpretationẽ, qua præ-
fatorum Diuorum ſub nomine,
prudentiam, Iuſtitiam, fortitu-
dinemq; in legibus requiri pro-
cul dubio uoluerunt innuere.
Quid enim ſine intellectu, ſine
æquitate, ſine excutione, quàm
barbaries, carnificina, ſeditio,
publicáque oppreſsio, conſtitu
tio aliqua erit aliud? Ideo ue-
nuſtè dictum eſt, δεῖ σὺν νόμῳ λο-
γικῷ τὸν δικαστὴν τίθεσθαι ξίφος. Secun-
dum rationabilis legis præſcri-
ptum

ptum oportet Iudicem gladio uti. Quo factum, ut, cùm Aegyptijs leges præscripsisset iustas, & pro tempore utiles, Mercurius Trismegistus in Deorum album relatus: Lycurgus quoque, & Solon à Spartanis, & Atheniensibus in summa autoritate & ueneratione habiti sint: ut interim, quam ob eandem causam apud Romanos meritus sit laudem Numa Pompilius, tacitum relinquam. Nos porrò etiam eas, quibus tanquâm communibus & generalibus utimur, leges, quo euehemus præconio, cuiusuè beneficij reputabimus loco: quibus prudentiores, iustiores,

æquioresq́ꝫ excogitari non po-
tuere aliæ. Profectò, si rerũ pub
licarum qua floreat, si erga ma-
gistratus quæ reuerẽtia, si quod
aliud honestarum & laudabili-
um actionũ uigeat exercitium,
id omne illis acceptum ferendũ,
nisi iudicij cuncti expers diffite-
bitur nemo. Vnde Quiritium
unus solidæ eruditionis & elo-
quentiæ dono ornatus Orator,
Vnicum ciuitatis tutamen ius ci
uile cõmune appellat, cuius con
seruatio ei non secùs ac ignis &
aqua, utilis & necessaria sit. In-
ter cuius iuris partes non postre
mum illa, quæ de beneficijs, &
beneficiariorũ fundorũ tractat
possessoribus, obtinet locum.
Non enim uilis conditionis ple-
beisq́ꝫ

beisq́ hominibus : sed ijs , qui Regum , Ducum , & similibus præfulgent dignitatibus: nec sanè de reb. uulgaribus , leuibus, exiguiq́ momenti: sed de grauissimis , ipsorum nempe Regnorum, Ducatuum, Marchionatuum, Comitatuum, Baronatuũ, Ciuitatum, Prouinciarũ, castrorumq́, præscribit leges. Cuius licet ueteribus Romanæ Reip. Iurisconsultorum temporibus, in hac, ad quam nũc redacta est, forma, nullus in fori exercitatione usus fuerit: tamen, Imperatorum postmodò confirmatione, & utentium introducta, cõprobatáque cõsuetudine, tanquàm iuris communis uicaria & derogatoria, non tantùm inter perso

nas ſeculares, ſed etiam inter ecclesiaſticas, ſecundum communem interpretũ ſententiam, quotidie nũc efficax obtinet robur, & practicatur. Quum autem illi, qui de iſta ipſa parte iuris in manibus ſunt libri, non tantùm ob omninò neglectã à congeſtoribus iuſtę ordinationis curam: ſed etiã propter orationis ac ſtyli barbariẽ, obſcuritatis, tortuoſitatis, difficultatis, & διἀταξίας mereri uideantur reprehenſionem: ideo complures ad maiorem diſcentium commoditatem partim Epitomarum: partim Summarum: partim commentariorũ integra conſcribere conati ſunt uolumina: quæ ſi ita doctè, diligenter, elaboratè, & ordine,

ordine, quemadmodum copiosè, perfecta essent, feliciorem se iactandi hæc iuris pars haberet occasionem. Quò enim deuentum sit, an quisquam est, quem lateat? Qua de re iudicium alijs permitto: pro me quidē statuo, neminem eruditè & utiliter in feudis uersari posse, qui animad uersis diuersorum autorum opi nionibus, & distincta Consuetudinum feudalium historia, ex ueris & communibus doctrinæ feudalis hypothesibus neglexerit textibus obscurioribus quærere interpretationem: alioquin quomodo infinitos contrarietatum declinabit Labyrinthos? Certè Nicolao, Iacobo, Baldo, Cardinali, Alexan. Laudensi,
Matthæo

Matthæo de afflí. Fran. Curtio, & alijs multum tribuo: sed textibus plus: quorum illi sæpe ita sunt negligentes, ut quandóque nullum: quandóque non intellectum: quandóque de nouo feudo loquentem ad antiqui materiam cum magna uiolatione allegantes adducãt: interim tamen, exorta quæstione, sine discrimine ad illos statim sine textibus, sine rationibus, prouocari præpostera inoleuit consuetudine. Qua querela etiam in alijs iuris nostri partibus meritò utimur: sicut, Comes Generose, & Magnifice, magis Generosæ Magnificentiæ uestræ notum id omne est, quàm ut pluribus ostendere uel posim, uel debeam.

Porrò

Porrò cùm inſignis doctrinæ feudalis in quotidiano fori uſu exiſtat utilitas, placuit eius præcipua capita in certas redigere concluſiones: quas hoc tempore, quo Mauortiarum turbarũ periculis τῶν φροντιστηρίων Ἰουστινιανικῶν quies turbata fuit, exercitij gratia conſcriptas, tradidi honeſtiſſimo & doctiſsimo uiro D. Ioanni Cnipio Andronico ſecundo, Liberalium artium & Philoſophiæ Magiſtro, ciui & Typographo Francofortenſi ad Mœnum uigilantiſsimo, ſub G. Magnificentiæ ueſtræ patrocinio prelis ſubijciendas, quam ut patrocinium præſtare, & hoc meum erga ſe ſubmiſſæ obſeruantiæ argumentum

clementi

clementi & placido uultu ſuſci-
pere uelit, oro. Cui me, τῆς παῤῥησί-
ας gratiam petens, etiam atq; eti-
am commendo. Spiræ, Anno
M. D. LXVIII.

G. M. V.

ſubmiſſè addictus

Iacobus Kleiſt
Pommeranus.

ΠΡΟΛΕΓΟ-



ΠΡΟΛΕΓΟ-MENA IN CONCLV-SIONES FEVDALES.



EVDALES tractaturi conclusiones primò quædam de ipsius doctrinæ feudalis autoritate: deinde de vocis, FEVDI, etymo τῶν προλεγομένων loco, Caij nostri secuti consilium, præmittemus. Id enim argumentum necessarium propterea est, quia hæc iuris pars veterum legislatorum temporibus in hoc sanè habitu, ignota à viris summæ quidem eruditionis & nominis Oberto de Orto, Gerardo Nigro, Bulgaro, Martino, Iacobo, Hugolino, & alijs: sed legum condendarum potestatem non habentibus ex Ligurum seu Langobardorum consuetudinibus primitus collecta, & in medium producta est: vnde vtrùm τῶν νεαρῶν διατάξεων, aut alijs iuris ciuilis communis articulis in determinatione iudicialium dubiorum autoritate & efficacia par sit, probabiliter quis dubitauerit.

dubitauerit. Sed res nunc clarior expeditiorq; est, quàm quòd longa indigeat disputatione, non tantùm capitula Diualium constitutionum diuersis locis Feudorum Codici inserta: de quibus dubitatio nulla est, l. 1. ff. de constitu § sed & quod principi. Institut. de iur. nat. gent. & ciui. sed etiam reliqua omnia in causarum decisiõe legis efficacis obtinere robur: adeò quidem, vt licet legum Romanarum excellens sit autoritas: non tamen eatenus sua extẽdere posśint pomeria, vt vsus moresq; hos vincant. Hinc ipsi in ordinaria iuris scripti volumina relati, & nonæ collationi Nouellarum laudatisśimi principis *IVSTINIANI* subiuncti sunt. Quod à vetere glossatore Hugolino, qui recuperata legum Romanarum prudentia, post Irnerium, leges circa annum redempti orbis M. C. XC. professus est, factum esse vir eruditione & prudẽtia cõmendatisśimus D. Fichardus Francofordensis in suis de vitis præcipuorum Iuriscõsultorum periochis post Baldum, Aluarot. & alios, refert. Ex quo fit, vt quemadmodum aliarum legũ ciuilium scriptarum probatio necessaria in iudicio non est: ita nec harum consuetudinum feudalium, Ias. l. de quibus

nu.

nu 88.ff.de legib. Cæterùm pro hac ſen tentia, cui communi ſubſcribitur calculo, rationes multiplices allegari poſſunt, inter quas potiſsimæ ſunt hæ: cùm, quòd Imperatorum ſubinde interuenerit approbatio cōfirmatioq;,& ſic ęqualitati, quàm inter faciendum iubere,& factum approbare leges conſtituunt, rectè locus ſit, l. vnica, C. de emen. Cod. Iuſ.c. ratihabitionem. De reg.iur.in vj. tùm, quòd in Feudorum opere contenta per ſpacium temporis non tantùm longi, vel longiſsimi: ſed etiam eius, quod hominum omnium excedit memoriam, continua vſurpatione in auditorijs iuris dicūdi, itemq; in phrontiſterijs literarijs obſeruata, lecta,& tractata ſint. De cuius quidem tēporis vſu notà eſt omniū doctrina, quòd is ſpecialis priuilegij à principe ex certa ſcientia cōmunicati habeat vim, illoq; mediante, etiam reſeruatis Imperatoriæ Maieſtati præſcribatur, l. hoc iure §. ductus aquæ. De aq. quot. & æſ. c. ſuper quibuſdā, de verb. ſig Bald. c. 1. nu. 3. Quæ ſint reg. Abb. c. cùm nobis. vbi latè Felin. num. 2.& 3. De præſcrip. Item, quòd inde orta præſumptio ſit iuris & de iure, contra quam non admittatur in contrariū probatio, Felin. d. c. cùm nobis. nu-

mer. 7. & c.causam num. 2. De præscrip:
Porrò ad etymologiam Feudi quod attinet, eam alij aliter constituunt. Quod autem Obertus ipse Feudum à fide seu fidelitate appellatum asserit § sed nulla. Per quos fiat inuest. concinnè & eleganter hoc dicitur quo ad causam substantialem, & quidem κατ' ἐξοχήν. Ad fidem enim qui feuda obtinet domino in tãtum est astrictus, vt ipsa, quippe citra quam feudi consistere substantiam impossibile sit, pacto remitti omninò nequeat, Aluarot. & doctores c.1. §.1. Quę fu. pri. cau. Hinc etiam Feudatarios cõgrua appellatione, fideles, passim textus vocat, à fide, quę cùm ab omnib. subditis expectari: tùm in illis maximè exuberare deber, §. fin. De for. fidel § quoniã de prohib. feu. alie. per Loth. Similis cõsideratio potest fieri in Germanorũ dictiõe Edel/ quasi dicas, Eid halt. Verùm illud ego de vera origine sentio, Feudi vocabulũ barbarũ esse, fortè à faida: quę dictio germanica est, & inimicitiã seu bellũ significat: eaq; rebus inconueniens nõ est. Nam bellorũ necessitatem feudis & initiũ & incrementa dedisse omnibus exploratum est, & satis probatur ex § notandum. De his qui feud. da. pos. c. 1. De nat.
feu.

feu.c.1.ibi,in hostem.De bene.fra.Reperi tur illa vox apud Accurs.c. 1. An mut.surd. & sæpè in legib. Langobardicis,& Francicis, vt in Fran.li.4 c.14. De faidis coercen. Et in Lang.tit.de infante, qui in vtero matris occisus fuerit.§.2.Et tit. De nup.absq; consen.paren.§.2. A quo faidosus,vt in le. Boioar.titul.9. Vel sanè corruptum ab æquè barbaro, Leudum. Vnde Germanicum, Lehen/deriuari haud ineptè dixeris: à quo Leodes, & Leudes, hoc est, fideles, quos Valuasores, quasi ad domini Valuas stantes. Item, Vassalos, vel Wassos, aut Vassos vocamus,vt Francor. libr. 4.cap.4. & 75. De Vassis adhuc in palatio seruienti bus,& beneficia habentibus. Cui contrari um est. Allode,vel Allodium,vt c.1.De Allod.Et leg. Salic.tit. 62.de Allod.Et Ripua. tit.58.de Alodib.Item leg. Boioar.l cap.2. titu.2. Vocantur etiam clientes, & clientu li.c.1.De alie. feu. c.1. De cont.inter dom. & fidel.Qui tamen à prioribus in hoc differunt, quòd illorum conditio militaris sit: vnde & milites vocantur: & vel in propria persona cum domino in expeditionē bellicā proficisci,vel alium idoneū mittere,vel deniq; certū censum conferre cogūtur,§.firmiter.De prohi.feu alie.per Frid.

Hi verò à militiæ muneribus immunes sunt,& patronum habere dicuntur: sicut illi dominũ seu seniorem, c. vnico, Apud quem vel quos ·§· & similiter. De capita. qui cur. ven. c. 1. in prin. De prohib. feud. alie. per Frid. Et pulchrè Imperator Conradus primus in constitu. sua, De benef. & ter. tribu. Item his ad petendam inuestituræ renouationem pręscriptus est annus & dies, d ·§· quoniam. c. 1. in prin. Quæ fu. pri. cau ·§· præterea. De prohib. feud. alie. per Frid. Illi verò anni & mensis fruuntur inducijs ex constitutione Imperatoris Lotharij primi, c. 1. Quo tempo. mil. teste Aluaro. ibidem num. 7. specialitatem hoc casu contra quosdam alios comprobante.

CONCLVSIONVM FEVDALIVM DECAS PRIMA.

CONCLVSIO PRIMA.

De inuestitura, & eius requisitis.

ACquirendorum feudorum, quæ vel à personis ecclesiasticis, vel seculari bus,

bus, siue dignitate aliqua præfulgeant, siue priuatæ sint, conferuntur, varij proditi sunt modi, inter quos principalis locus tribuitur Inuestituræ, sine qua feudũ nullo modo constitui posse Gerardus & Obertus scribunt, c.1. Quib. mod. feu. con. §. sciendum. De feud. cog. Ad eam autem pro solẽnitate necessaria requiritur, quòd coram paribus curiæ duobus vel tribus fiat, c.1. Quid sit inuest. c. vnico, in prin. De conten. inter dom. & fidel. c.1. in prin. De contro. inues. c.1. De consue. re feu. alioquin etiamsi quis iubente domino feudi possessionem nanciscatur; non tamen feudum efficiatur rectum, sed mortuo tali possessore, exclusis hæredibus, ad dominum redeat, c.1. Quib. mo. feu. con. eaq; est vera istius textus, secundum Pet. de Ceruo. & Bald. sententia: ex quo malè conantur quidam probare, quòd non interueniente inuestitura, sed aliud quod ꝓ inuestitura habetur, hęredibus locus non sit, prout id à glos. & Bald. disputari videmus in d. §. sciendum. Nam hîc non est talis verus actus, ob defectum pariũ, quem ne domini quidem confessio supplet, c. vnicò, Qui test. sint neces. ad proban. no. inues. §. si duo, vbi Bald. nu. 2. De pa. tenen.

Aliàs eiuſdem eſſet operatiõis etiam quo ad ius tranſmiſsionis,cuius eſt ipſa inueſti tura,per clarum tex.d c.1.De conſuet.rec. feud.idq; rectè ſentit Iacob.de Bel.d §. ſci endum.& Præpoſ. in præl ud. feu.12. diuiſ. num.53.dummodò dominus pares habe- at:Sin nullos vel vnum ſaltem habeat, ſup pletio fit per extraneos,Bald.c.1. nume.7. verſi.quid ſi dominus non habet. Quid ſit inueſt.§. quòd autem pares. De not. feud. d.c.1.in prin.De conſue.rec.feu.Cæterùm prædicta concluſio declaranda eſt proce- dere principaliter in feudo nouo,ſiue hæ- reditarium ſit ſiue non. In antiquo enim tantùm renouatio & cõfirmatio fieri dici tur.c.vnico,Qui teſt. ſint neceſſarij ad pro ban.not inueſt.quæ quidem intra annum & diem à morte domini & Vaſalli petẽda eſt,c.1.in prin. Quæ fue.pri.cau. Accedit, quod traditur, ſuum hæredẽ magis conti nuatiuè venire ad feudi poſſeſsionẽ quàm ad omninò nouæ poſſeſsionis adeptionẽ vel petitionem, Bald.c.1.nu.1. De conten. inter maſ.& fœ. & c. 1. nu.5. An mut. ſurd. Iacob.de Bel.d §. ſciendum. fa. l.in ſuis.ff. de libe.& poſthu. glo.l aſsiduis.C.qui po- tio.in pig.habe. Secundò declaranda eſt, quòd habeat locum in corporalibus,l. tra

ditio

ditio. ff. de acquir. rer. dom. §. per traditionem Insti. de rer. diuis. Nam in incorporalibus, in quibus etiã ipsis feuda cõsistunt, d. §. sciendum. patientia loco inuestituræ realis est, l. 4. ff. de vsufruct. Tertiam addo declarationem, non procedere in casu tricennalis possessionis, per clarum tex. §. si quis per triginta. Si de feud. defunct. conten. sit.

CONCLVSIO SECVNDA.

De effectu inuestituræ.

INuestitura solenniter facta, cogitur dominus statim inuestito realem feudi possessioem tradere: & quidem præcisè, adeo quòd ne præstatione interesse liberetur, cùm per c. 1. in prin. De contro. inuest. & §. si facta. Si de feud. defunct. conten. sit: tùm, quia dominus tenetur ad dandum, in cuius generis obligationibus non venit interesse l. stipulationes non diuiduntur. vbi Alciat. nume. 70. & l. vbi autem. ff. de verb. oblig. Bal. d. c. 1. in prin. nu. 5. dummodò inuestitura purè facta sit: aliàs secùs c. 1. Qui success. feu. da. tene. Itemq; secùs, si simplex tãtùm interuenisset promisio. de quo pulchrè Aluar. § inuestitura. nu. 4.

De no.for. fidel. & § nulla. nu. 5. Per quos fi. inues. quem comprobant notata per Bart. l. fideiussor creditori. ff. de fideius. Ias.& Alciat. l. si pœnam. De verb. oblig. Alciat l qui pecuniam.ff.Si cert.peta. Sed quid in venditione? Antiqua est quæstio, in qua cõmuniter ea est recepta sentẽtia, quòd interesse non aliter succedat, quàm si vendenti rei præstandæ sine suo dolo de negatur facultas, Ang.§.actionum.vbi Iason.num.137.Instit.de Actio. Fel.latè in c. cùm Ioannes. nu.34. De fid.instru. glos.§. precium.ver.tradatur. Institu. de empt.& ven. Et sic intelligenda erit l. quoties. C. de rei vend. Secundum quæ etiam conclusioni nostræ addenda est explicatio, quam vlteriùs tunc demum habere locum declaro, quando post inuestituram præstitũ est fidelitatis sacramentum, d.§.inuestitura. quod in tantùm est necessarium, vt Vasallus ad legitimas domini citationes nõ comparens, ius ex inuestitura abusiua acceptum tanquam ingratus amittat, nec posit aduersus dominum ampliùs agere, § est & alia. Quæ fu.pri.cau.

CONCLVSIO TERTIA.

De

De Processu in controuersijs ratione inuestituræ exortis.

QVotiescunq; quæritur, quo processu seruato controuersia ratione inuestituræ inter dominum & fidelem exorta determinari debeat, aut ad probationem: aut ad ipsam recurrimus defensionem. In probatione cōsideramus partem probantem, & modum. Partium illa probat, quæ agentis sustinet personam, cùm ob tritam iuris regulam in l. qui accusare. C. de eden. tùm ob possessionem conuenti, cuius tantus est fauor § commodum. Instit de Interdic. l. in pari. l. cùm par. ff. de reg. iur. Bart. l. 1. §. non autem. ff. de bon. pos. secun. tab. Maran. repet. l. is potest. nu. 275. ff. de acquiren. hæred § cùm autem. De contro. inuest. Modus consistit primò in testibus, quos pares curiæ esse oportet. c. 1. De consue. re. feud. quippe quibus dominus plus fidit religione iurisiurandi sibi magis quàm in alijs est, obstrictis § idcirco. De not. feu. eaq; res facit, quòd sine ijs nullus inuestituræ actus validè posit celebrari, c. 1. Quib. mod. feu. constit. De-

inde in breui teſtato paribus confirmato, c.1.in prin.De contro.inueſt. c.1. Qui teſt. neceſſ.ad proban.no.inueſ. Cæterùm pro batione deficiente, tunc defenſioni cum duodecim ſacramentalibus de crudelitate iuraturis locus eſt.Para. ſacramentum. De conſuetud. rec. feud.c.1.in princip. Si de inueſt.inter dom.& Vaſal lis oria.à qua nec ipſe dominus immunis eſt, c.1. parag. ſi verò.verſi.licet. De controuer.inueſt.parag.ſi inſtrumentum. De not.feu.c.vnico, verſ.& ſi pares. De conten.inter domin.& Vaſal.de inueſt.feu.Niſi in paucis caſibus, vel expreſsis,vel non expreſsis,ſi ita iudici ex certis cauſis viſum fuerit, quem prouidum eſſe,& iuſta lance perpendere omnia decet. parag.bonus. De gradus ſucceſſ.d. para.ſacramentum.Et ſic ei aliàs in totum remittitur,d.parag.ſi verò. aliàs pro parte tantùm leuatur d.c.1.verſ.hoc ita.Cauſam talibus caſibus ſpecialibus ſuggerit vel cõſideratio reuerentiæ domino debitæ. Et ita loquitur d.parag. ſi verò.& parag.item ſi inter.De conſuet.rec.feu. vel alia adminicula à prudenti iudice perpendenda, d. parag.ſacramentum.& d.para.bonus,Regulariter verò ſi vult obtinere ex cõmuni beneficio d. l. qui accuſare, & rarius accidit,

dit, quòd nõ ex ſuborta pręſumptione iurare inſuper cogatur: ſine dubio autem ad hoc obſtrictus, quando etiam petitorem beneficiariũ non eſſe, cupit declarari, Bal. d.c.1 in prin nu.9. De contro. inueſt. fa elegans Theorica Henning. Goëden in prac. 1.par. rub.17. num. 8.

CONCLVSIO QVARTA.

De Iuramento in controuerſijs feudalibus.

SAcramenti in controuerſijs feudalibus vſus & practica ex præcedenti conclusione patent, cui duæ addendæ nunc ſunt fallentiæ. Prima, ſi aliter quis in contentione iudiciali onus probationis, pro facti contingentia, ſe vel inueſtitum eſſe, vel inueſtiturã non conceſsiſſe, in ſe recipere velit. Caſus de hoc eſt in c. vnico, verſ. niſi habeat De conten. inter dom. & fidel. quem tex. quidam interpretum peregrinis obſcurant intellectibus, cùm alijs cõmuniter teſtantibus, expreſſè loquatur, quòd dominus, quando cõuenitur à ſuo Guardiano, Gaſtaldiõe, vel actore, electionẽ habeat vel legitimè ꝓbandi, vel iurãdi,

non

non quidem cum xij. Sacramentalibus, qui regulariter requiruntur: ſed in ſua ſo lummodò perſona. Secunda, ſi pro actus ſolennitate ſubſtantiali certus requiratur teſtium numerus. Ita eleganter decidunt Cardinal. Alex. in princ. num. 6. & Bald. §. item ſi Vaſallus. nu. 9. verſ. quæro vtrum. De contro. inueſ, Et deniq; in tota hac ma teria ſemper in conſpectu eſſe debet venu ſtiſsima regula, quam Obertus noſter alibi præſcribit. Bonus, inquit, iudex cauſa cognita diligenter intuebitur, cuius potiùs iureiurando dirimenda quæſtio feudalis ſit, vtroq; in probatione deficiente. Quæ inter ea, quæ incerti autoris ſunt, cla riùs ita explicatur. Non ſemper ſacramen tum eſt dandū poſsidenti: ſed quandoq; poſsidenti, quandoq; petenti: quandoq; neutri datur: & cùm alicui horum datur, ita demū datur, ſi aliquid pro eo ſit, quod iudicem moueat. Vbi nihil eſt, quod faciat pro aliquo eorum præter poſſeſsionem ſolam, tunc ſecundum quod iudici melius viſum fuerit, aut poſsidenti dabitur ſacramentum, aut actore nihil probāte, qui conuenitur etiamſi nihil præſtiterit, tamen abſoluatur, vel obtineat. Cæterùm quæ de ſacramentalis defenſiōis mo

do in

do in feudali doctrina vsitato diximus, originem habent ex ijs generibus purgationum, quæ duplici ratione vel humani vel diuini iudicij, tempore regni Longobardici, & apud alios in vsu fuisse literis proditum est. Extat textus in leg. Alleman. titul. 90. de eo qui hominem occiderit, & negauerit. Item leg. Saxon. titul. 2 § 4. Lang. tit. qualiter se quisq; defendat. Et tit. de cautione facta, & nihil obligato § 3. Diuini iudicij formam apud Langobardos, Salios, Ripuarios, Allemannos & alios vsitatam, quæ per monomachiam fit, etiam ipse Fridericus Barbarossa in Nouella sua, quam Ratisbonæ de pace, sedatis in Germania tumultibus super Ducatu Boiariæ & Saxoniæ exortis, promulgauit, adhuc approbauit § si quis hominem. § si quis alium § si miles rusticum. Alia fiebat per manus intinctionem in aquam feruentem, vel frigidam, vt læsio autorem criminis: vel non læsio diffamatum absoluendum argueret: itemq; per tactum & gestationem ferri candentis. Iudex enim nouem vomeres ferreos candentes ponebat disiunctim in terram, & diffamatum sumere in manus primùm, & ferre vsq; ad vltimum iubebat. Fit vtriusq; mentio in

tio in c.Mennam. c. nobilis.c. consuluisti. c omnibus.2.q.4.Aluarot.d. parag. si miles rusticum. Adde his eam quæ per corporis domini sumptionem,c. sæpe.c. si episc. 2.q.4.& eam, quæ per crucem fiebat, vt in Lang.qual.se quis defen.deb.l.26.& 33.

CONCLVSIO QVINTA.

De Ecclesiasticarum personarum inuestitura.

PErsonarum Ecclesiasticarum non tantùm in eminenti constitutæ dignitatis fastigio, Archiepiscopus, Episcopus, Abbas, Abbatissa, Præpositus, Vicedominus: sed etiam quæuis aliæ ex institutione Canonica administrationem & titulum beneficij habentes, res ecclesiæ temporales in feudum concedere possunt, c.1. De his qui feu.da.pos.c.1.Qui suc.tene.& quidem non requisito capituli consensu, per tex.c.1.vers.in clericorum. Si de inuest.inter dom.& Vasal.lis ori. non attentis contrarijs Doctorum allegationibus:cùm nō de infeudationibus,sed de alienationibus alijs loquantur: nec sit necesse de Ecclesię detrimento disputare. Si enim tale quid probabiliter

probabiliter impendeat, nec infeudationi locum esse quiuis facilè concedit. Et hanc sententiam amplectitur Bald. c. 1. in prin. num. 3. De his qui feud. da pos. & vir doctus Claud. Seisel. in spec. tit. qui feud. da. pos. 1. reg. 4. declarat. Quam conclusionem amplio procedere, siue eas res prælati in dominico inueniant iam reuersas, siue ipsis administrationem gerentibus, ecclesiæ aperiantur, c. 1. in fin. de cler. qui inuest. Contrarium verò econtrà multis casibus obtinet, si vel de rebus non solitis in feudari loquamur: vel de tempore post Vrbani Pontificis conditum decretum: vel de personis ecclesiasticis, quæ ex antiqua consuetudine ante prohibitionem Vrbani acquisitum ius tale non habent, iuxta c. 1. in prin. Epis. vel Abbat. cuius tex. secundum Iacob. de Bel. & Præpos. ea sententia est: vel etiam constitutioni prædictæ sine vrgenti necessitate, aut euidenti aliqua vtilitate, contraria consuetudo inualuerit, Frideric. Schenck. d. c. 1. in princ. vers. porrò si & tempestate nostra. De his qui feud. da pos. vel deniq; incorporatio mensæ facta est, Curt. tracta. feud. 2. par. 1. memb. quæst. 5.

CON-

CONCLVSIO SEXTA.

De Secularium inuesti-tura.

SEcularium personarum, quæ dignitatis fulgore emicant, præcipuæ post Imperatoriam Maiestatem, sunt REGES, qui Maiestatem Imperatoriam, excepto Francico, Alciat. libr. de sing. certa. cap. 32. & c. nouit De iudic. Bald. c. 1 nu. 4. De inuest. in marit. fac. Cuia. lib. 1. feud. vers. nunc incipit. tit. 1. omnes recognoscunt superiorē, Polonicus, Bohemicus, Anglicus, Siculus, Hispanicus, & alij, Barto. l. ex hoc iure. vbi Alciat. quo ad Regem Francorum sibi contrarius, nu. 35. & 39. ff. de iust. & iur. Deinde Duces & Marchiones, quorum dignitates Carolo Magno rerum potiente, his, qui principis ipsius nomine administrationibus præerant, conferri solitæ, in proprij iuris titulum transierunt. Tertiò Comites, qui & ipsi perpetui hodie sunt, proprijq; iuris gaudent titulo, & cum Ducibus ac Marchionibus iurisdictionum vtiliter, vel ex lege feudali existentes domini, constitutiones non prætorij, sed ciuilis & perpetui iuris faciunt, Alciat. & dd. l. 5. ff. de verb. oblig. Significatus autem est

olim

olim nomine Comitũ, præfectus: itemq; iudex. Et ita creberrimè vſurpatur cùm in vſibus Feudorum, vt c.1. Si de inueſ. inter dom.& Vaſ.lis oria.§. quod ſi hęredes. §. ſi autem. De pa. tenen. tùm in leg. Ripuar.titul.53.55.86.90. Salior. titul. 56. & 57. Alleman. titu. 85. Francor.lib.4.tit.44. & 49. aliàs Celtica voce dictus Grafio, vt Ripuar. tit. de eo qui Grafionem ad res alienas inuitat. Et titul. De eo, qui Grafionem interfecerit Quod nomen etiam hodie Germani retinent. Graffe: & Marck- graef/vel meliùs, Margrafe, comes ſeu pręfectus equitum, ab Alemannica dictione Marcha, Marha, vel Mahre (non vt ineptè Obertus noſter putat à mari) vnde Marſtal: & Marſchalck. Item Marcomanni equitatu inſignes populi. Et Trimarchiſia triplicis equeſtris pugnæ ordinatio: quã ea appellatione in exercitu Brenni Gallorum Senonum Reguli vocatam fuiſſe, ex Pauſania refert Alciat. lib.1. Parerg.ca.27. Non repugno etiam nominari limitanęos præfectos, vt annotauit Zaſ. tract.feu 5. par.nu.10. à Marck. Extat ea vox in le. Francor.lib.4. c.76. Qui trans Rhenum ſunt, & ad Saxoniam pergunt, Albim marcam eſſe ſciat: & qui trans Ligerem manent,

atq; in Hispaniam proficisci debent, montesPireneos marcam sibi esse cognoscant. His quarto loco proximi sunt Barones, hodie secundum Germaniæ mores Comitibus dignitate pares, Frideri. Schenck c. 1. Quis dica. Dux. ἀπὸ τῆς βαρύτητος dicti, secundum Eguina. Bartol. libro 1. de iur. benefic. titul. 4 cap. 3. Itemq; Equites, quos auratos: aliàs milites honorarios vocamus. Nam & ij dignitatem, prout à domino vel maiore vel minore dignitatis suæ impetrauerint codicillos, aut magnam, aut paruam habent, arg. l. 2. Cod. vt dignit. or. libr. 12. Bartol. l. 1. Cod. de digni. Alciat. l. verbis. numer. 25. & l. centurio. numer. 10. ff. de vulg. & pupil. Et quidem hæ personæ omnes, quibus locus primus rectè tribuitur, §. Marchio. De his qui feud. da. pos. Item, Valuasores maiores, minores, minimi, & quæuis aliæ, adeoq; rusticus & fœmina, Bald. d. §. Marchio, nu. 7 §. fœminam. Per quos fiat inuest. dummodò liberam rerũ suarum habeant administrationem, & cõtractus actiuè & pasiuè celebrare posint feudorum concedendorum potestatem habent, c. 1. in prin. Per quos fiat inuest.

CON-

CONCLVSIO SEPTIMA:

An Inueſtitura ad fœminas pertineat.

INueſtitura pro accipiente & eius hæredibus concepta non comprehendit fœminas, nec earum filios, §. hoc autem. De his qui feud. da. poſ. Guilh. Bened. repet. c. Raynutius. par. 1. verb. duas habens filias. nu. 32. etiamſi non exprimatur. Quia recipiens cenſetur ſe earum reſpectu ad ius ſcriptum, vel morem patriæ retuliſſe, Alciat. præſump. 32. nu. 5. reg. 3. adeo vt in codicillis inueſtituræ clauſula, ſeine Lehens Erben/ neceſſaria non ſit. Facit quod tradunt doctores, quãlibet præſumi ſecundũ Leges vel Quiritiũ, vel Statuti, vel cõſuetudinis agere voluiſſe, l. quidã. ff. de verb. ob. Alcia. lib. 1. in prin. nu. 23. De verb. ſig. Quæ concluſio fallit in caſu expreſsi pacti, §. filia. De ſuc. feu. Itemq;, vbi natura feudi patitur, etiamſi expreſſè dictũ non ſit. Quæ ſententia contra glo. & And. de Iſer. cõmunis eſt approbata à Nico. de Neap. Iaco. de Bel. Bal. Alua. & Schenck. in c. 1. De feu. fœ. Curt. trac. feu. 1. par. 3. par. prin nu. 3. Alcia. li. 1. nu. 74. De verb. ſig. Tex. eſt c. 1. in prin.

De nat. ſuc. feu. c. 1. verſ niſi eius conditionis. De ſuc. frat. dummodò vtrobiq; προτίμησις ſalua maſculo maneat, d. §. filia. Quę vera ſententia Oberti eſt c. 1. verſ. non patet. De eo qui ſibi. relata in c. 1 §. ſimiliter. verſ. Obertus contrà. De cap. qui cur. ven. cùm Gerardus fœminis terribilem alibi adiecerit ampliationem §. quin etiam. Epiſ. vel abba. ad quam reſpicit tex. d. cap. 1. verſ. ſecundum quoſdam ſuccedit nepos ex filio ſolus. De nat. ſuc. feu. Et per hæc obſcuris iſtis locis, qui cum magna violatione ab interpretibus explicati ſunt, & inter modernos ipſi Eguina. Baroni in d. §. ſimiliter. ſcrupulum iniecerunt, addo ex diuerſorũ textuum diuerſis autoribus conciliationem.

CONCLVSIO OCTAVA.

An Clerici poſsint de feudo inueſtiri.

ECcleſiaſticis mancipatos ordinibus de rebus proprijs feuda ſicut quoſuis alios concedere poſſe, iuris eſt certiſsimi, c. 1. De cleri. qui inueſ. fe. Sed an econtrà feudi poſsidendi capaces ſint, magnus eſt docto-

ctorum pro duplici ſententia rationes va rias adducentium conflictus, quem diſtinctionis fœdere ita ſopire intendo, vt de ijs an eccleſiæ, vel ſibi ipſis acquirant: an verò retinere conentur, loquamur. Priori caſu vtrobiq; affirmatiuam intrepidè amplector, nixus claro tex. c. 1. §. item ſi clericus. De cap. Conra. nec tantùm in feud Franco. in quo hoc tenet. Curt. tra. feud. 3. par. 2. memb. num 27. Item, quando ex pacto ſeruitium reale, arg. not. à Feli. c. in pręſentia. num. 46. verſi. fallit ſecundò. De prob. ſed etiam quando perſonale in armis præſtandum eſt: adeoq; in nouo, vbi aliàs in dubio cenſetur perſonæ induſtria electa, Felin. d. c. in præſentia. num. 46. verſi. & vt intelligas. Schenck §. mutus. num. 2. Epiſ. vel abba. Nam Vaſallum per ſubſtitutum idoneum & domino acceptabilem (non attentis diſtinctionibus à Curt. in tracta. feud. 3. par. 2. memb. num. 19. relatis) poſſe ſeruire expreſſè patet ex §. ſi quis deceſſerit. Si de feud. defunct. conten. ſit §. firmiter, De prohib. feud. alie. per Frid. Et quomodo id ipſum eccleſiaſticis denegatum defendetur, quod in fœminis, quando ad eas feudum peruenit §. filia. de ſucceſ. feud. Itemq; in minoribus concedere qui

libet cogitur d.§. si quis decesserit, Feli.d.
c.in pręsentia.nu.47.vers.& probatur hoc
modo.glo.§. hoc aūt. De his qui feud.da.
pos. Et sanè sola seruitiorum Mauortiorū
præstandorū impotentia non est à feudis
repellendi causa planè ineuitabilis. Ha-
bet opus dominus pluribus, vt formulę iu
ramenti sufficienter indicāt. Et benè huc
quæ de clientum & Vasallorū tali casu dif
ferentia in præludiorum altero membro
monuimus, quadrant. Faciunt etiam quæ
de varijs causis circa fœminas congessit
Curt.trac. feu.3.par. in prin.nu.1. Hancq́;
exceptionem Canonistæ cōmuniter in c.
cæterùm.De iudic.c.si diligenti.c.verum.
De fo.compet. Guilhel. Benedic.in solen
ni repet.c. Raynutius. 1. par. verb. & vxo-
rem nomine.decis.3. nu.17. admittunt ad
illam Theoricam, qua dicitur, quòd cleri-
cus etiamsi velit, priuilegio fori renuncia
re, & iudicis secularis iurisdictioni se subij
cere non posit, d.c. si diligenti. vbi Felin.
num.17. reddit rationem, pertinere istud
negotium ad totū ordinem: cùm non pos
sit non decus cleri, vel cultus diuinus lędi.
Duplici tamē prædictis addita declaratio-
ne: prima, vt inuestitor, qui rerum suarum
moderator & arbiter est, l.in rę mandata.
C.mand.

C.mand.ſciens non errans, non dubitans ſit,l.cùm teſtamentum.C.de iur.& fac.ig. l.manifeſtiſsimi. . ſin autem. C. de furt.l. nihil conſenſ. ff.de reg. iur. Qua in re quo ad eccleſiam conſideratione maiore opus eſt:propterea quòd illa nunquam morien te,c.1.De alie.feu.c.liberti.12.q.2.Guilhel. Benedic.dicto loco,deciſio. 4.nu.10. & 11. maius domino benefico gigneretur præiudicium. Accedant quæ de ſeruorum & aliorum regulariter inhabilium inueſtitu ra traduntur in §. perſonam. Per quos fi. inueſt.Secunda, ne clericum ratione feudi omninò indecentibus rerum ſecularium occupationibus implicari contingat, arg.eorũ, quæ latè notat Hoſtien. in ſum. tit.de vita & honeſ.cler.§. & quibus eorũ. Et eſt tex.c.apoſtolorum.c.placuit.21.q.3. c.1.Ne cler.vel mona.vbi dicitur,militantem Deo negotijs mundanis occupari nõ debere Poſteriori tandem caſu principali nullam talium perſonarum haberi rationem concludo, & de eo loquentes induco textus vulgares c.1.§.qui clericus. Si de feu.defunc.conten.c.vnico. De feu.fœm. c.1.An mut.ſur.adeo quidem,vt licet monaſterium loco filij cenſeatur, Spec. titu. de loca. §. nunc aliqua. verſic. 120. & 153.

Felin.d.c.in præſentia.num.42 tamen Vaſallus religionem ingreſſus feudum non deuoluat ad monaſteriũ, ne quidem per vitæ ſuæ tempus: omnibus declarationibus, quas in contrarium profert Felin. d. c. in præſentia. nu. 45. 46 & 48. de medio repulſis: cùm text. expreſſum in ſpecie habeamus ſic loquentem. Miles, qui beneficium tenebat, cùm eſſet ſine liberis venerabilem domum intrauit, & ſeculo renunciando arma bellica depoſuit: hic donec vixerit feudũ retinere conatur, quod dominus, vel agnatus ſibi pertinere contendit. Sed iudicatum eſt, domini vel agnati conditionem eſſe potiorem.

CONCLVSIO NONA.

De duplici concipiendæ inueſtituræ forma.

DVpliciter conceſsionem feudalem fieri poſſe receptum eſt: aut de re nunquàm adhuc infeudata: itemq; de infeudata & viciſsim deuoluta ſeu aperta: aut de nondùm aperta, ſed quam Vaſallus adhuc ſuperſtes poſsidet § moribus. Si de feud. defunc. conten. c. vnico, Qui ſuc. feu. da. tene. Priori caſu obligatio tam in cleri

co

co de rebus patrimonialibus, vel ecclesiæ inuestituram faciente, quàm in secularibus fortis est, & ad successores vtrobiq; transit, d.c. vnico: adeo vt ne quidem præstatione interesse liberatio cõtingere possit. §. si facta. Si de feud. defunct. conten. sit §. final. De no. for. fidel. Nisi subinfeudatio sit, cuius ius subinfeudante rebus humanis exempto expirat, & ad dominum vel agnatos, qui non consenserunt, deuoluitur §. rursus. Quibus mod. feud. amit. c. 1. versi. si autem dissentiente. Qual. olim feud. pote. alie. §. quid ergo. De inuest. de re alie. fac. §. similiter. De leg. Conra. Sed posteriori casu diuersum in clericis est, res ecclesiæ in feudum concedentibus: nisi immissio in possessionem inuestitore viuente, & eo qui detinet, consentiente, facta sit, d.c. vnico. versi. nisi ille. Ratio diuersitatis est: quia in illis successio per electionem fit, sicut in Imperatore, & alijs. Vnde successor obligatus non est, c. apostolica. 8. q. 1. And. de Iser. Bald. Aluar. Afflic. & Schenck d. c. vnic. Iacob. de S. Geor. verb. princeps §. sed an princeps obligetur. Alciat. l. 3. num. 23. ff. de iurisdi. om. iud. & l. 1. num. 4. ff. de offi. eius cui. Quod an in illo dubio obtineat, utrum successor in aliqua

dignitate, teneatur soluere debitum antecessoris, vide elegãtem disputationem Iacob. de Bel § & hoc verò iubemus. versic. quidam. Authe. vt nul. iudic. coll. 9. Secùs in Laicis, quorum factum hæres ratum habere debet, l. cùm à matre. C. de rei ven. l. ex qua persona. ff. de reg. iur.

CONCLVSIO DECIMA.

Quòd inuestitura feudi indistinctè de omnibus rebus fieri non possit.

CVm feudum contractus sit, Bartol. l. iurisgentium § quinimò. vers. feudum autem. ff. de pact. Bald. in rub. C. de rer. permu. Franc. Curt. trac. feu. 2. par. 2. memb. q. 7. num. 52. Zas. 1. par. nu. 5. Claud. Seisel. rub. de defin. feu. vers. refert tamẽ Bal. c. vnico. Qui suc. tenet. & c. cæterùm. De iudic. Guilhel. Benedi. in aurea repet. c. Raynut. verbo, Et vxorem nomine, decisio. 3. nu. 8. vers. & feudũ plus accidit. Tex. est §. dominus quoq;. De for. fidel. fa. l. Labeo. ff. de verb. sig. vel saltẽ ius, quod cõcedendo rẽ pro hominio seu homagio cõstituitur, non est dubiũ, quin omnes res, vel singu-

ſingulares vel vniuerſales §. ſi quis de manſo. De contro. inueſt. dummodò mobiles non ſint §. ſciendum de feu. cog. §. in primis. verſ. huius autem. In quib. cau. feu. amit. quę alienari ſeu in contractum deduci aptæ ſunt, in feudum etiã dari poſsint: & ecõtrà, quarum alienatio prohibita eſt, earum etiam regulariter prohibita infeudatio ſit §. ſed etiam res. per quos fi. inueſ. niſi vbi nominatim exceptiuè cõceditur, vt eſt in ſubinfeudationibus non fraudulosis, §. ſimiliter. De leg. Conra. §. callidis, De prohib. feu. alie. per Frid. §. fin. De contro. inueſt. Item in alienationibus certo modo de iure veteri permiſsis in quemcunque fieri, §. aut ſi libellario. Quibus mod. feud. amit. c. 1. De alie. feud. ſalua tamen manente agnatis proximioribus in prohibendo & redimendo ob ius προτιμήσεως, prærogatiua, §. porrò. Qual. olim feu. pote. alie. d. §. ſed etiam res. Itemq; etiam hodie quauis ratione in agnatũ proximiorem, c. 1. de alie. feu. pater. vel alium ſub conditione aut euentum inueſtitum, teſte Hierony. Schiurph. Conſ. 18. cent. 1. arg. d. c. 1. Quo ad res quidem ſacras, ſpirituales, vniuerſitatis, & ſimiles commercio noſtro exemptas expedita deciſionis

eſt

eſt negotium per l.inter ſtipulationem § ſacram.ff de verb.oblig.§ 1. Inſtitu. de inutili. ſtipul § 1. Inſtit. de vſucap. dd. c.1.in prin.De inueſt.de re alie.Zaſ.tract.feud. 4. par.num.22.adeò,quòd ne æſtimatio quidem,quæ aliàs loco rei ſubrogatur,l.propemodum. De verb. ſig.l. non amplius.§ fin.vbi Iaſ.ff.de le. pri.debeatur inueſtito, per bonam Theoricam dd.in c.cùm contingat.vbi Alciat.num. 105. De iureiur.fa. l.apud Iulianum § fin.ff.de leg.1.Excipiuntur decimæ illæ, quæ ante concilium Lateranenſe in feudum à Laico acceptæ ſunt, c cum Apoſtolica.vbi Ioan.And & dd.Extrà,De his quæ fiunt à præl.dummodò infeudatio non fiat in perpetuum, Petr. de bel.pert.in tractatulo feud. titu.5.num. 4. Apertarum autem Eccleſiæ Decimarum infeudationi de nouo in Laicum faciendę an obſtet concilium, inter Canoniſtas cõtrouerſum eſt. Vide Hoſtien. in Sum.tit. de feud.Ioan.And.c.prohibemus.De Decim.Felin.c.cauſam,quæ.num.4.De præſcrip.Porrò de rebus incorporalibus,vt iure exigendi vectigalis, gabellæ, pedagij,piſcandi, annuorum prouentuũ ſeu redituum ex ærario aut horreo domini, ex pecunia aut alia re mobili apud tertium conſtituta,

ſtituta, nominum, & ſimilibus, eſt tex. d. §. ſciendum. De feud. cog. §. ſi verò Vaſallus. Quid ſit inueſt. Quomodo autem in his proprietas dari poſsit, vide Bal. in prælud. feud num. 20. verſ. ſed hîc quæro.

CONCLVSIONVM FEVDALIVM DECAS SECVNDA, EIVSQVE CONCLVSIO PRIMA.

Liberorum & filiorum appellatione in Feudis qui veniant.

Beneficiarię ſucceſsionis ius, quod primò ex Imperatoris Conradi primi conſtitutione, titulo, de benef. & ter. trib. §. præcipimus etiam. in recompenſationem fidelium ſeruitiorum ſibi à ſuis nobilibus fiduciarijs in profectione Romana exhibitorum, ad nepotes ex filio protenſum eſt, in infinitum tàm in feudis nouis, quàm antiquis, ſiue γενεαρχικὰ ſint, ſiue non, porrigitur, c. 1. De ſuc. frat. c. 1. De ſuc. feud. c. 1. De nat. ſuc. feu. non tantùm ſi de liberis, l, liberorum. ff. de verbo. ſign. d. c. 1. De

De ſuc.frat.ſed etiam ſi de filijs inueſtitu-ra loquatur,Alciat.d.l. liberorum. nu. 32. Quia feuda ſunt beneficia § in primis. In quibus cau.feu.amit § ſciendum.De feu. cog § cùm verò. De his qui feud. da. poſ. c.1.De benefic. frat.c.1. De feud. ſine cul. non amit. ideoq; latiſsimam recipiunt in terpretationem,Barto.l.1.C. de iur.& fac. ign.Bald.in prælud.feud.Iaſon.l.Gallus § inſtituens.ff.de libe.& poſthu. adeo vt re-ctè Alcia.l. ſtipulationes non diuiduntur. in princ.num.28.ff. de verb.obliga.dixiſſe hinc probetur, in cõtractu feudali caſum mixtum ſub ſimplicibus comprehendi. Cuius ſententiam probat cùm quod traditur,in fauorabilibus mixtum contineri ſub ſimplicibus, Bartol.l.2.in princ. ff. de verb.oblig.Iaſon § omnium.num.28.Inſtitu.de actio. Alciat.lib. 3. De verb.ſigni. tùm quod contractus feudi licet bonæ fi-dei non ſit, Bald.c. 1. num.9. vbi Aluarot. num.4.De feud.cog.tamen eius ſapiat na turam,Bald.in rub. C. de rer.permut.Zaſ. tract. feud. 1. par. nu. 6. Cardinal.Alexan. d.c.1.De feu.cog.Cæterùm an in Emphy-teuſi quo ad filios idem obtineat,vide Alciat.d.l.liberorum.num.29.

CON-

CONCLVSIO SECVNDA.

Succeſsionem in feudis non ſemper ad omnes deſcendentes æqualiter pertinere : & an filius primogenij excludat ſecundogenium.

QVamuis regulariter ex communis Romani etiam iuris prouiſione, æqualiter ad omnes, qui æquali cõſtituti ſunt geniculo, pertineat ſucceſsio §. & quia. De his qui feud. da. poſ §. cùm filius. Inſtit. de hæred. ab inteſt. veni. Tamen id reſtrictionem elegantem recipit in beneficijs, quę regalia ſeu dignitatum vocantur §. præterea Ducatus. De prohib. feud. alie. per Fri. latè Felin. c. quæ in eccleſiarũ. nu. 90. De conſti. Socin. conſ. 165. par. 2. ob ſpecialitates quaſdam, quarũ duas potiſsimùm perpendo, cùm quòd in huiuſmodi dignitatib. quæ vt concl. 6. deca. 1. monui, tẽporariæ olim fuerũt, ſecundũ rectã feudorum conſuetudinem nõ ſit ſucceſsio, c. 1. De feu. Mar §. fi. De alie. feu. electa nimirũ fidelis inueſtiti induſtria, arg. c. quoniã.

De offic.deleg.l.1.ff.de constitu.l ad simili tudinem.C.de epis.& cleri.tùm, quia in illis maius imperij vertitur commodum & incommodum, Ang.de Vbal conf.286. in cip. pactum super quo consiliũ. fa.c.licet. in fi.vbi Hostien. De voto. Deferuntur itaque ex generali consuetudine ad primogenitum, cui rectè prærogatiua ista conceditur, dd.d.c.licet. Schenckius d.§. præterea.& in d §. & quia.vel ipso rebus humanis exempto, ad eius filium habilem, excluso patruo secundogenio. Quia talis nepos locum primogenij subintrat, cum quo vna eademq; censetur persona,leg.in suis.ff de libe.& posthu.Ias. l. quoties. nu. 32.C de rei vendi.l. cùm hæredes.ff.de acqui.pos.Bald.c.1.num 5.An mut surd.imò vna caro,Socin.conf.252. vers. ad tertiam. vol.2.Huc facit,quòd etiam aliàs nepos in successione aui & patrui personam patris sui representet,c.1.in prin. De grad.c.1.De suc. feud §. his verò. De grad. Schiurph. conf.92.cent.1.& conf.62. centur.2.Et concursum patrui, qui istis casibus est,hoc loco specialitas primogenituræ in feudis regalibus,d.§.præterea.& προτίμησιν,quam habere tanquam prior in gradu debebat, & aliàs extra casum successionis aui,& patrui

trui vel amitæ, auunculi, vel materteræ habet, d. parag. his verò. para. restat. Authen. de hæred. ab intest. Coll 9. Authen. vt frat. fil. in princ. impedit ius repræsentationis. Quam sententiam post Alciat. li. 8. παρεργ. cap. 15. Maran. repet. l. is potest. ff. de acquiren. hæred. Baron. à Tauten. c. 1. De feud. Mar. Schiurph. cons. 1. cen. 2. & cõmuniter doctores sic teneo: licet ab ea, vel distinctiones adhibendo, vel contrariam in totum amplectendo nonnulli recedant. Vide Paul. de Cast. Alexand. Iaso. & dd. d. l. is potest. dd. c. pastoralis. De re iud. Ias. l. maximum vitium, num. 4. C. de libe præ. Socin. d. cons 252. Nicol. Euerhar. loco à toto ad part. Iacob. Cuia. lib. 2. feud. tit. xj. Aluarot. c. 1. nu. 6. De nat. success. feud. And. de Iser. d. §. his verò. Porrò conclusionem nostram declaro nõ procedere, primò, si cõtrarium consuetudo introduxerit, arg. c. 1. De feud. cog. qualis hodie in multis locis viget. Quæ verò dignitatum feuda in Imperio ex Imperatoris Caroli Quarti constitutione diuidi expressè prohibeantur, ex his τοῦ χρυσοβούλλου uerbis patet, Decernimus, inquit, & hoc perpetuis tẽporibus valituro Imperiali sancimus edicto, quòd ex nunc in antea perpetuis futuris tempo

ribus, insignes & magnifici principatus, regnum Bohemiæ, comitatus Palatini Rheni, Ducatus Saxoniæ, & Marchionatus Brandenburgensis terræ, districtus, homagia, Vasallagia, & alia quæuis ad ipsa spectantia scindi, diuidi, seu quauis conditione demembrari non debeant, sed vt potiùs in sua perfecta integritate perpetua maneant, primogenitus filius succedat in eis, sibiq; soli ius ac dominium competat. Secundò, in commoditatibus & censibus prouenientibus, qui æqualiter in omnes diuidi possunt. Bartol. inter tutores. ff. de administ. tutor. Alcia. l. stipulationes non diuiduntur. numer. 43. ff. de verb. obl. Socin. in tracta. fallen. reg. 44. in postremis. Quod confirmatur: quia etiamsi seruitutes, quarum instar feuda habent, glossa. l. communi. ff. com. diuid. & in l. si vsusfructus. ff. de vsufruct. Claud. Seisel. in Specu. rub. 1. ratione commoditatis, cùm aliàs in diuiduæ sint, d l. stipulationes, diuisionem recipere traditur, per l. via. ff. de Seruitu. arg. l. inter vbi. Bartol. ff. de admi. tuto. adeò, vt licet seruitut. aquæ ductus indiuidua sit: tamen aquæ ducendæ commoditas posit inter plures diuidi, temporibus nimirùm & mensuris, l. Lucio. ff. de aq. quo-

aq. quotid. l. arbor. in fin. ff. com. diuid. quæ per castella, item per salientium modulos: quandoque & epistomia seu siphunculos & fistulas restringitur, l. funes. l. fundi. §. fin. ff. de actionib. enipt. Videturq; hoc casu non seruitus diuidi, sed per instrumentum diuiduum modum quendam recipere, l. 4 §. modum. ff. de Seruitut.

CONCLVSIO TERTIA.

De legitimatorum successione.

LEgitimatorum cum legitimis & naturalibus simul, parem in succesione esse causam, suaderi inde videtur, quòd legitimatio, cùm sit natalium restitutio, retrò trahatur, vt quis censeatur à principio fuisse legitimus, l. 2. & fin. ff. de natal. res. l. reum. C. de postul. & cõsequenter nõ tãtùm feudo aptus, sed etiam agnatis præferendus: cùm legitimi vocari posint, nõ tantùm qui legitimè nati sunt, sed etiam, quos Lex pro legitimis habet, c. innotuit. De elec. Sed contrariũ determinat expressus tex. §. naturales. Si de feu. defu. cont. sit

qui cùm generaliter & indefinitè loquatur, eodem modo ob rationis identitaté, siue legitimatio viuo, siue è viuis sublato feudi possessore facta sit, intelligēdus erit, §. vt autem. De allod. l. illud ff. ad leg. Aquil. Rationē esse puto: quia sicut illegitimi successionis feudalis incapaces sunt, d. §. naturales. itemq; legitimi tantùm §. adoptiuus. Si de feud. defunct. conten. cùm feudum beneficium sit, & honor, qui in tales non cadit, vt pulchrè inquit Guilhel. Benedic. in aurea repe. c. Raynutius 1. par. in prin. vers. Raynutius. num. 24. Ita etiam legitimati qui verè legitimi non sunt, adhuc repelluntur. Nec enim arbitror verū esse, legitimationem (de qua interpretes latè disputant in l. Gallus §. & quid si tantum. ff de libe. & posthu.) retrò trahi, motus per c. tanta est vis. Extrà, Qui fil. sint le. ibi, post contractum: quę verba excludunt ante contractum. Secùs est in restitutione natalium, quæ restituit aliquem ad statú, in quo erat cùm nasceretur, vt cùm liber seruituti addictus fuit. Ita loquitur d. l. final. Quod ipsum si etiam in legittimato diceres, remaneret is illegittimus prout natus est. Nec obstat §. sed & illud lege cōpræhensum fuit. Authen. De natural. libe.

con-

constitu. 89. Quia agit de naturæ & eius ingenuitatis, quam ius naturale largiebatur, vt omnes legitimi nascerentur, per legitimationem restitutione, vt manifestè apparet: non de ea, qua alij serui, alij ingenui nascũtur. Imò verba ibidem, Et in sua de cætero potestate, si ponderentur, idem cum d.c. tanta. probant, Excipio in nostra conclusione secundũ cõmunem & veriorem sententiam, legitimatos per thori cõiugalis subsequentiam filios, teste Abba. & sequioribus eius in d.c. tanta. Hierony. Schiurph. in cons. 1. num. 22. cent. 1. Ang. §. final. Instit. de nup. Zas. tract. feu. 5. par. nu. 32. & 8. par. num. 41. & 74. Sic etiam illis in testamento patris ius dicendi nullum cõpetit, iuxta dd. in rub. & l. Gallus. ff. de libe. & post. Item faciunt reuocari donationem iuxta l. si vnquàm. C. de reuo. don. Bald. l. 1. C. de inoffic. donat. Alciat. d. §. & quid si tantùm lec. 2. num. 78. cùm in alijs secùs sit, secundum communem sententiam in d. §. & quid si tantum. Quia tenderet in præiudicium tertij. Quod fieri non debet l. non debet alteri. ff. de reg. iur. c. 1. De inuest. de re alie.

CONCLVSIO QVARTA.

Hæredum appellatione qui compræhendantur in materia feudali: & de feudo paterno & nouo.

SImpliciter facta alicui inuestitura an filij cõprehensi intelligantur, pulchrè quæri potest. Et traditũ est, quòd sic: dummodò de filijs masculis intelligatur Iaſ.l.1, nu.57.C.de iur. emphy.Bal.c.1.in fi. Quib. mo.feu. consti. pot. Vnuſquiſq; enim sibi & hæredibus ſuis cenſetur proſpexiſſe, c.1. De duob. frat. à cap. inueſt. Hæredum autem expreſſè facta mentione, qui veniant, non minùs elegans & vtilis quæſtio eſt, in qua decidenda aut ad maſculos: aut ad fœminas reſpicio. Et quid vtroq; caſu obtineat, quando extra materiam feudalem verſamur, ordinariè tractant Barto. Iaſon, Alciat. & dd. l. Gallus § etiamſi. & § nunc de lege. ff. de libe. & poſthu. Anto. de But. & Panor. c. in præſentia. De probat. In feudorum verò doctrina quãdo beneficium non γενεαρχικόν eſt, tunc iſta voce veniunt

tantùm

tantùm filij masculi §.fin. Si de feud. defunc. conten §. & si clientulus. De alie. feu. §. similiter. De leg. Conrad. c. 1. De eo qui fin. fe. ag. (qui tex. generaliter & indistinctè loquuntur) & consequenter reliqui descendentes in infinitum. Nam quæ in feudis de filio dicuntur, eadem propter beneficij naturam, Alciat l. liberorum, num 32. ff de verb. sig. ad nepotes pronepotesq́; & inferiores extenduntur, c. 1. De gra. c. 1. De nat. succes. feud. eosq́; hæredes esse necesse non est, Alciat. cons. 179 num. 3. vers. sed tamen in casu. Vnde & hæreditatem repudiare possunt, Maran. repet. l. is potest. nu. 38. ff. de acquir. hæred. & ex patris non plectuntur τῇ φηλώσει vel cõtractus vel ἁμαρτιμάτων, Bald. §. hoc quoque, nu. 9. in fin. De succes. feud. & c. vnico, num. 3. Si Vasal. feud. priue. & §. denique. Quæ fue prim. caus. Alciat. consil. 450. numer 24. Zas. tractat. feudor. par. 10. numer. 98. Imò idem, quando maximè γενεαρχικὸν est. Nam hæc non est specialis alicuius feudi nota: idq́; vult innuere Alciat. d. consil. 179. numer. 4. nec tale, vt vulgus interpretum putat, ex sola illa descriptione, Pro se & hæredibus, dijudicatur. Ratio quo ad γενεαρχικὸν etiam, est,

Quia pro immota regula traditum est, hæredum voce filios comprehendi: vnde in dubio vt filios, non vt hæredes venire concinnior interpretatio est. Huc pertinet, quod in dubio non præsumi feudum hæreditarium pulchrè notauit Minsyng. obser. 4. cent. 2. Nec obstat, quod filius non posit habere feudum, nisi & hęreditatem acceptet, c. 1. An ag. Quia ex hypothesi ibidem de huius ipsius generis feudo secundum communem sententiam agitur: de descriptione verò nihil. Non itaq; si deficiant descendentes, vel defuncti vel non nati, quibus prærogatiua semper debetur §. his verò. De suc. frat. patebit ex hæredum vocabulo locus vtrobiq; extraneis: nisi vel expresse & nominatim dictum est: vel adiecta vniuersalis dictio Quoscunq;, Quod expresse tenent Felin. c. in præsentia. num. 26. De proba. Alex. & Claud. Seifel. d. l. Gallus §. etiamsi parente. Quo casu venit etiam legatarius. Bald. expresse. c. 1. in prin. nu. 19. De pro. feud. alie. per Fride. Et secundum hæc omninò intelligendus est Obertus d §. his verò. dum inquit, in feudo paterno post descendentes vocari collaterales: & tex. c. 1. De nat. suc. feud. Paternum enim nihil aliud est, nisi quod acquisiuit

acquisiuit vnus maiorum nostrorum, qui agnationis communis caput fuit, pro se & hæredibus suis quibuscunq; : vel hoc expresso, vt tanquam paternū teneat, cuius natura est, vt ad descendentes transeat in infinitū : ad collaterales verò in quartum geniculum tantùm secundum quosdam: vel in septimum secundū alios ·§· hoc quoque. De suc. feud. vel in infinitum secundum alios, c.1. De nat suc. feud. Non attenta differentia paterni & antiqui, quā Bald. num.21. & Schenck. num.4. in d·§· hoc quoque, & alij passim anxiè obseruandam putant. Quia in d·§· hoc quoq;. vers. hoc ideo recensetur tantùm à Gerardo quorundā sententia. Alibi verò subijcitur aliorum sententia, quòd paternum sit, quicunque ex superioribus id acquisiuit, d.c.1·§· paternum autem de nat. succes. feud. Quam puto esse Oberti, cùm is in d ·§· his verò, dicat, deinde agnati vlteriores. Et pulchrè probatur per Caium Cassium, qui in infinitum parentes dici sensit, relatum ab Vlpiano l.4. ff. de in ius vo. & est tex. l. appellatione. ff. de verb. sig. veteribus vltra tritauum non extendentibus, d. l. 4. §. parentem. Quæ necessaria expressio tantæ efficatiæ est, vt per eam feudum maximè no-

uum, cui adiecta est, effectum, naturam, & qualitatem feudi antiqui sortiatur, Baro à Tautenb. in virid. conclus. 94. Bal. c. 1. in prin. nu. 2. De alie. feud. pater. Nouum verò est, quod quis de nouo pro se: & quidem principaliter ob electam personę industriam, Felin. d. c. in præsentia. num. 46. vers. & vt intelligas. acquisiuit: & deinde pro hæredibus suis: qui de natis ex suo corpore tantùm intelliguntur, d. §. & si clientulus. d. §. fin. & admittuntur tam non expressi: quia quilibet sibi & hæredibus suis censetur prospexisse, d. c. 1. De duob. fratr. itemq; patris & filij vna eademq; reputatur persona, c. contradicimus. 35. quæst. 3. l. in suis. ff. de libe & posthu. quàm expressi: idq; ideo, quia cùm pater strenuum & fidelem se exhibuerit, consequenter idem in filiorum persona verisimiliter sibi dominus polliceri pòtest: cùm, vt ait poëta, fortes creentur fortibus & bonis. Scio à multorum hęc dissentire traditionibus variè conclusionis nostræ tractantium materias: quos, cùm partim obscurius loquantur: partim alijs quàm feudorum, partim etiam nullis idoneis nitantur textibus, secundum hæc, quantum fieri potest, declaro. Sed hactenus de masculis descen-

den-

dentibus, quorum appellatione an ex fœmina masculi comprahendantur, facilius est discussu. Et quid in iure communi non feudali obtineat, plenè Alciat. post dd. in d. §. nunc de lege. examinat num. 11. 12. 13. In feudis verò expeditum est, quòd sicut fœminæ, siue filiæ, siue neptes ex filio, siue proneptes ex nepote sint, para. filia. De succes. feud. ita etiam ex fœmina descendentes tam masculi, quàm fœminæ, nepotes ex filia, pronepotes ex nepte, neptes ex filia, proneptes ex nepte, excludantur, parag. hoc autem. De his qui feud. da. pos. Nec obstat c. 1. De eo qui sibi. quasi descendentis masculi vox natum ex fœmina complectatur: prout hoc indè colligere studet Alciat. d. §. nunc de lege. nu. 18. Quia respondeo, ibi casum esse specialem de acquirente feudum hæredibus suis masculis & fœminis, iuxta d. parag. filia. Et sanè cùm ob defectum masculorum deuoluta ad fœminas successione, inter eas extitit masculus, ei meritò primus datus est locus: & sic rectè descendentis masculi appellatio etiam ex filia masculum complexa est, Nam etiam quando maximè ad fœminas successionis pertinet ius: non tamen priùs admit-

admittuntur, quàm non extantibus masculis, vt pleniùs suprà conclus. 7. decad. 1. monui: non considerato, an ex filio, an verò ex filia is masculus prouenerit, d. c. 1. De eo. Postremò, si non pro filijs, nec pro hæredibus, sed pro se & suis acquisitū sit feudum, quid obtinebit iuris? Licet ista verba varij sint intellectus, Abb. c. nonnulli. §. sunt & alij. vbi Felin. num. 22. in fin. Extrà de rescrip. Tamen in clientelarij iuris textibus feudum hæreditarium ijs denotari traditum est ab Alciat. l. quod dicitur. la. 2. num. 24. ff. de verb. ob. & tangunt nōnulli in d. c. 1. An agna Quod & ipsum non concesserim, cùm dictio suis, ambigua sit, & quando in dubio versamur, rectiùs feudum non γενεαρχικὸν esse interpretemur, vt suprà monui: & quidem etiamsi coniunctio dictionum, Suis hæredibus, facta legeretur: quia in dubio verba secundum subiectam materiam intelligenda sunt: eaq; est, quòd hæres filium denotet, & verbum, filius, non est hæreditarium: idq; volunt ostendere decisiones doctorū suprà adductæ in prin. Quibus adde Ioan. And. in spec. tit. de feu. §. nunc dicamus. verbo, quòd sic. Hinc nec cōcedo, quòd per eam vocem in feudis alij quàm descendentes,

si adiectio

si adiectio Quibuscunq;, & paterni mentio absint, comprehendantur. Quia qui de suis dicit, vtiq; hęredes comprahendit: & hæres filium denotat, d. §. etsi clientulus. Quod etiam extra materiam feudalem de hoc vocabulo expressè annotauit Bart. cons. 52. num. 4.

CONCLVSIO QVINTA.

Beneficium an ad legitimæ trientem pertineat.

DE filiorum successione in fundis beneficiarijs aliquot iam traditum est conclusionibus. An autem in ijs computatio in legitimam iure naturæ debitam, quæ hodie est triens, Auth. nouissima. C. de inoffic. testa. Locus sit, dispiciendum venit. Et sanè licet iuris sit noti, filio iure institutionis aliquid relinquendum esse: tamen hoc in testamentis procedit, & quidem, vt testamenti forma seruetur, l. ante penul. ff. de libe. & posthu. In trientem verò prædictum quidquid ex substantia patris quouis titulo recipitur, imputari rectè dixeris, d. authen. nouissima. l. Papinianus. §. si quis mortis. ff. de inoffic. testam. l.

scimus.

ſcimus.parag repletionem.& l. omnimodò.Cod.de inoffic.teſta. Bartol.l in quartam.ff.ad l. Falcid. In feudis verò id difficilius eſt, quod Doctorum alij aliter in d. l.in quartam.determinant.Ego verò feuda diſtinguens, in eo, quod γενεαρχικὸν non eſt, ſed ex prouidentia primi concedentis, puto loqui Alciat. in d. l. in quartam. numer. 32. verſ. aut de eo quærimus. Quia eius feudi deſcriptio talis approbata eſt,ſecundum Andr.de Iſer.c.1. An agn. & Maran. repet. l. is poteſt. num.38.ff.de acquir. hæredi. Sed imputationem non admitto. n Quia ſuo iure filius in eo ſuccedit æquè principaliter ſibi, vt patri, niſi quòd is præcedat, conceſſo, Andr. de Iſer. parag. hoc quoque. Verſ. quid ſi hic ſequens. De ſucceſ. feud. Quod probatur bonis fundamentis: cùm quia ſolum acceptare poteſt: tùm quia non luit patris τὴν φύλωσιν contractus vel delicti: vt ſuprà oſtenſum eſt. In eo verò quod γενεαρχικὸν eſt, ſiue antiquum ſiue nouum ſit, concludo, quòd computetur: quia illud habet non tantùm contemplatione patris, vt maximè in nouo eſt: ſed ex perſona patris, vt in antiquo eſt. Quod inde probo: quia repellit patruum, qui tamen

men acquisitori auo aut superiori proximior esset: ideoque defuncti patris feudum cum hæreditate acceptare, eiusq; æs alienum persoluere cogitur. Quod in agnato secùs obtinet: cùm is non à defuncto, sed à primo acquisitore auo vel alio habere censeatur, c.1. An agnat. Cuia. libro 4. feud. titul. 54. versic. rationem differentiæ. Minsyng. obser. 67. cent. 3. obseruat. 2. cent. 4. Et ita Alexandrum consil. 8. lib. 3. & consi. 89. lib. 4. declarans rectè tenet Alciatus in d. l. in quartam. numer. 32. versic. & ego verum esse arbitror. Item sic declarandus est Alexand. l. si patroni. ff. ad Trebel. & Curt. tract. feud. 4. par. numer. 134. Non autem est verum, quòd (sicut idem Alciat. num. 32. vers. in quo pater filijs putauit) pater alienando nouum feudum filio obesse possit, per c. 1. An agnat. & c. 1. Si Vasal. feud. priue. quos text. is allegauit. Quia prior quo ad hoc alienus est: posterior περὶ τῆς φηλώσεως delicti, quæ à τῇ φηλώσει contractus multum differt, loquitur. In illa certè non est dubium, per parag. deniq;. Quæ fue. pri. caus. parag. si Vasallus culpam. Si de feud. defunct. content. sit. Hæc verò ne in nouo quidem nocet hæreditatis paternæ

experti

experti § item si fuerint. Quib.mod. feu. amit. Et sanè qua ratione alienatio non nocet: eadem nec eiuratio in manibus domini nocebit. Cuius etiam contrarium Alciat.dicto loco num 32.tenet. Si enim, vt ipse ibidem monet, contemplatione patris conceditur, vtiq; ex illa prouidentia ius acquisitum habet, cui pater eiuratione preiudicare nequit, arg l.non debet alteri.ff.de reg.iur.c.1.De feud.sine cul.non amit. idq; ipsum constituit paritatem inter nouum,& inter antiquum, de quo expressè tex.c.vnici,De Vasal.decrep. æta.loquitur,& tradit Bald.c.1.num.3. De alien. feud pater.

CONCLVSIO SEXTA.

De agnatorum successione in feudo nouo.

QVamuis in feudo antiquo successione gaudeant fratres non tãtùm consanguinei & vterini simul, sed etiam consanguinei tantùm, vel soli, vel cum alijs, Hieronym. Schiurph. cons.8.num.6.cen. 1.Curt.trac.feud.3. par.3. memb.q.6.non vterini tantùm, vt latè Ang.de Vbal.cons. 110.in-

tio. incipien. Sanctissima & illustrissima Regina. vers. conclusio est. Et quidem iure accrescendi, secundum latè tradita à Iacob. de Bel. §. & quia. vbi Bald. num. 4. De his qui feud. da. pos. Curt. 2. par. num. 70. Tamen id fallit in nouo §. sin autem. De his qui feud. da pos. Rationem esse considero: quando ratione stipitis duo fratres coniuncti sunt, vnus surrogatur loco alterius: quia repræsentat stipitem, qui in vtrumq; influit, l. 1 §. si quis. ff. de coniun. cũ eman. Vbi verò coniunctio ratione stipitis non procedit: sicut fit concesso aliquo feudo nouo, ibi tanquam in casu speciali stipes feudalis ꝑ nihilo habetur quo ad fratrem: cùm dominus inuestiti personam tantùm respexerit, Felin. c. 1. in præsentia. num. 46. de probat. ideoq; non debeat Vasallum habere, de quo non cogitauit: sicut de adoptione dicitur, iure adoptionis neminem ignorãti agnasci, l. cùm nepos ff. de adop. Vnde fratres inter quos coniunctio naturalis aliàs per stipitem cõsideratur, hîc pro disiunctis & separatis habentur, quippe cùm id, quod transmissioni aptum est, paternum; hoc verò nouum appelletur. Idq; procedit etiam in communi inuestitura: itemq; in feudo empto

ex communibus bonis, c. 1. De frat. de no. benef. inuest. Addo, idem esse in inuestitura, quam in Ducatu Pōmeraniæ Simultaneam vocant, si sit generalis. Nam licet pacti instar obtineat: tamen in dubio ad nouum non extenditur, in quo personæ industria electa censetur, arg. d. parag. sin autem. & d. c. 1. Fallit nostra conclusio aliquot casibus, vt c. 1. De benef. frat. inter quos hic est maximè insignis, si res communi inuestitura duobus fratribus in feudum nouum concessa non patiatur diuisioné, vt est in iurisdictionibus, iure patronatus, iure piscandi, seruitute vsus vel alia: tantùm excepto vsufructu, l. stipulationes non diuiduntur. vbi dd. ff. de verbor. obligation. Ita tenent Iacob. de Bel. Bald. & Aluarot. d. c. 1. De frat. de no. benef. Cæterùm quid in Emphyteusi obtineat hoc casu iuris, vide Baron. Tautenberg. parag. in alio verò. numer. 2. De succes. feud. Zas. 8. par. numer. 31.

CONCLVSIO SEPTIMA.

Ad quotum gradum lineæ

colla-

collateralis deſcendendo ſucceſſio extendatur.

IN agnatorum collateralium ſucceſsione taliter diſtinguo. Aut feudum eſt nouum, quod ex pacto vel aliter tranſit ad agnatos, ſiue ſtatim à primo acquirente non nato hærede maſculo: ſiue poſt mortem hæredis, tunc ſucceſsioni vltra ſeptimum gradum locus non eſt. Ad quod allego tex. parag. hoc quoq;. De his qui feuda. poſ. per quem etiam ibidem ita tenet Baro à Tautenberg. Cùm enim dictum eſſet de beneficio nouo, vbi ex pacto ſucceditur, interiecto impertinenter, verſic. Hoc autem. ſubiungitur, Hoc quoq; ſciendum, quòd beneficiũ hoc, ſupple nouum caſu, quando ex pacto ſucceſsio in eo fit. Nec enim poteſt ad præcedentem. parag. cùm verò Conradus. referri. Quia ibi tantùm de ſucceſsione fratris in antiquo feudo dicitur, non de vlterioribus, vt ex verbis conſtitutionis Conradinæ manifeſtum eſt. Si fortè, inquit, auiaticum ex filio non reliquerit, ſed fratrem legittimum ex parte patris, beneficium, quod

patris fuit, habeat. Quo textu moueor, vt verba, vel filius, in d ·§· cùm verò. delenda putem, à glossularijs, qui Conradi cõstitutionem non legerunt, inserta: quæ alibi suis locis vera sunt, vbi nepotem ex fratre cum patruis, auo & patruo succedere traditur ·§· his verò. De succes. frat. Aut denique est antiquum seu paternum. In hoc Hieronym. Schiurphius Iurisconsultus Germaniæ excellentissimus cons. 66. cen. 1 latè insistens conatur probare, successionẽ in septimum tantùm geniculũ admitti, per ·§· hoc quoque, De suc. feud. & d ·§· hoc quoque. De his qui feu. da. pos. In infinitum verò non aliter, quàm si expressè in codicillis inuestituræ dictum sit per ·§· satis bene. in fin. De prohib. feud. alie. per Lothar. Quem confirmat, quod Bald. oblitus eorum, quæ in contrarium alibi scripsit, inquit in d ·§· satis bene iura, quæ loquuntur de infinitate in successione, intelligenda esse, si dictum sit. & in sola linea recta locum habere infinitatem. Ego verò cur Schiurphij sententiam veram non esse credam, moueor expresso textu c. 1. vers. ex latere omnes. De nat. suc. feud. & c. 1. Si Vasal. feud. priua. fue. cui defe. vbi sine distinctione dicitur, successionem in collaterales

terales transire in infinitum. Nec obstant tex. contrarij. Et primò d. §. hoc quoque, De succes. feu. Quia ibi Gerardus tantùm recenset quorundam opinionem. Sed in d. c. 1. De nat. suc. feud. ponitur aliorum, fortè Oberti, qui alibi dixit, & agnati vlteriores. §. his verò de succes. frat. eaq; est recepta, & quotidie practicatur: non attentis distinctionibus, Andreæ Barbat. in addit. Bald. §. & quia. in fin. verbo, omnino. De his qui feud. da. Et Bald. c. 1. in prin. nu. 6. De feud. Mar. Item Curtij 3. par. 3. mem. numer. 48. feuda noua & antiqua: itemq; textus feudales mirabiliter confundentium & detorquentium. Secundò, quòd d. § hoc quoq;. De his qui feud da. pos. non in antiquo, sed in nouo loquatur, satis ostensum est. Tertiò, quantum ad §. satis bene: attinet, nego eum esse partem constitutionis Lotharicæ. Quod falsò ab interpretibus communiter existimatum est. Nam reperio eum textum verbotenus in fragmentis Ardizonis inter eos, qui priuatorum tantummodò Iurisperitorũ sunt: & quidem sine adiectione istius clausulæ finalis, Si hoc actum erit, quæ fortè ex infideli exemplari, aut aliter irrepsit. Vnde ad decisionem tanquam adulterina allegari

nequit: præſertim cùm alijs approbatis textibus aduerſetur. Taceo, quòd totius iſtius §. autoritas impugnari poſſet, vt ſuo loco demonſtrabitur.

CONCLVSIO OCTAVA.

An defectus ſenſuum excludat quem à feudo.

IN ratione ſenſuum inhabilibus ex communi ſententia ita diſtingui ſolet, vt loquamur aut in feudo nouo: aut in antiquo ſeu paterno. De priori loquitur tex. §. mutus. Epiſ. vel Abba. ob defectum caſualem amitti. De naturali quidem non attinet quærere: cùm nemo à natura imperfecto concedere ſoleat feuda, pro quibus ſeruitia præſtantur: niſi ſanè vitium ſciat, & tamen nihilominùs talem inueſtire dominus velit: quod poteſt, l. in re mandata. Cod. mand. l. nemo exterus. Cod. de Iudæ. parag. perſonam. Per quos ſi. inueſt. Bald. d. parag. mutus. num. 4. ſicut in eccleſiaſticis perſonis ſuprà dixi. In poſteriori eandem diuerſitatem defectus conſidero. Si enim eſt naturalis, facit à ſucceſsione repelli, Bald. d. §. mutus. num. 6. verſic. quidam

dam tamen dixerunt: addita ratione, non deberi iure naturæ beneficium ei, cui ipſa natura præbet obſtaculum: ſin accidentalis: tunc placet mihi diſtinctio Baldi d. §. mutus. attendentis, ſi culpa præceſsit caſum, perdi feudum, arg. c. 2. De depoſ. Si verò nulla poſsit imputari culpa, ſed per caſum fortuitum euenit, qui nulla humana diligentia præuideri poteſt, l. quæ fortuitis. Cod. de pig. actio. tunc calamitoſo non eſſe addendam calamitatem, authen. nauigia. Cod. de furt. parag. nauigia. De ſtatu. & conſuetud. l. 1. Cod. de naufrag. Sed quid in defectibus ſenſuum guſtus & olfactus? Certè idem erit: vt ſi officio fortè prægustatoris annexum ſit feudum, priuatus ob amiſſum guſtus ſenſum officio, feudum etiam perdit, arg. l. in omnibus cauſis id obſeruatur. ff. de regul. iur. l. 1. Cod. de re milit. libro 12. bonus tex. §. vnum quidem non minus. De ca. extra. Nec eſt nouum, talibus officijs in curia domini ſæpe deputari certa feuda, vt ſunt quæ dantur Gaſtaldis, Guardianis, dapiferis, pincernis, architriclinis, ſcutiferis, Quæſtoribus, ſoldatis, aduocatis, Notarijs, Procuratoribus, & ſimilib. c. 1. De feu. guar. §. hoc ita. De con, inter dom. & fidel.

de inuest. feud. §. feuda scutiferorum. De cap. extra. c. 1. in fi. Quis dica. Dux §. quicunq; aduocatiam, De pa. tenen.

CONCLVSIO NONA.

De successione Ascendentium.

ASscendentibus collateralibus successio, alijs denegata, debetur. Casus est in c. 1. vers. dummodò scias. vbi Aluar. & Baro. Tautenb. De nat. suc feud. Alius etiam in §. si quis miles. Consti. Dom. Lothar. vbi secundum veram & necessariam sententiam, mortuo militi sine filio masculo succedit ex fratre nepos, & eo defuncto, patruus militis: & sic collateralis lineæ ascendentis tertio constitutus gradu, quem nepos præfatus, licet gradu proximior non fuerit, repellebat ex iure communi, vbi traditur, quòd frater eiusq; filij excludant defuncti patruum. Authe. post fratres. C. de leg. hæred. Quem casum ab alijs non animaduersum notandum puto. Cæterùm de ascendentibus in stipite est casus in c. vnico, De Vasal. decrep. æta.

vbi

vbi beneficiarius æuo grandis & feudi mũnijs impar domino feudum refutauit, ad hoc, vt filij de eo inueſtirentur: quibus ante patrem vita functis, is nō obſtante refutatione ad feudum hoc iterum admiſſus eſt. Ratio eſt: quia refutatio naturam feudi paterni non mutat, Iaſ. in prælud. feud. num. 96. Bald. §. & quia num. 10. De his qui feud. da. poſ. & c. 1. in princip. num 3. De alie. feud. pater.

CONCLVSIO DECIMA.

De Proceſſu in controuerſijs ratione feudi antiquum ne ſit, an nouum, exortis.

BEneficiũ antiquum ne ſit, an nouum ratione ſucceſsionis quantum interſit neminem latet. Vnde ſi ea de re inter dominum vel alium: & inter agnatum exoriatur diſputatio, quo ordine procedendum ſit, videtur determinari in c. 1. in princip. Si de feu. defunct. con. ſit. agnatos nimirum in poſſeſsionem conſtituendos eſſe: idq; ſit fauore agnatorum, & iſtius præ-

ſumptionis, quòd feudum in dubio præſumatur antiquum, §. ſi verò. De ſucceſs. frat. Et procedit non aliter, niſi in caſu, quando neuter litigatorum poſsidet, Iacob. de Bel. §. fin. De ſucceſ. frat. alioquin ſi agnatus poſsidet, dominus nouum eſſe legitimis modis probare tenetur, ob poſſeſsionē, quæ in actorem hoc onus transfert, vt alibi copioſiùs ſuprà demonſtraui. Et ita intelligendus eſt d. §. ſi verò. allegantem nouum probare debere dicens. Sola enim illa præſumptio antiquitatis tā fortis non eſt, vt actorem à probatione liberet, caſu quādo alter in poſſeſsione eſt: ſed bene prodeſt agnato poſsidenti, quando dominus actor nouum eſſe allegās in probatione deficit: præſertim cùm accedat alia, nimirùm poſſeſsionis, arg. parag. ſed hodie. verſic. in hoc caſu. Inſtitu. De adop. Specul. titul. de feu parag. 2. num. 32. Non poſsidenti autem in tantum nullo modo prodeſt, vt probationis exoneretur munere. Probatio verò admittitur non tantùm plena: ſed etiam præſumptiua, per ſacramentum & ſacramentales fortificanda. Quæ vera eſt obſcuri. paragr. cùm autem quis feudum ad ſe pertinere dixerit. De controuer. inueſt. ſententia. Et probatur
per

per text. c. vnici. De conten. inter me & dom. de por. feud. frat. quos ab interpretibus multis mirabiliter violari & peregrinis intellectibus obſcurari videmus. Data itaque agnato, vt dictum eſt, poſſeſsione, ſi in probanda proprietatis cauſa deficiat actor, ad defenſionem ſacramentalem confugiendum eſt ob præfatarum præſumptionum iuuamen, c. 1. in princ. De contro. inueſtit. in qua electionem poſsidenti dari idem text. inquit. Sed Obertus alibi, Iudicem in tali ipſa ſpecie debere conſiderare & diligenti trutina perpendere, cuius partis ſacramento finis cauſæ veniat imponendus, monet. Conciliatio facilis eſt, ſi adminicula, quæ iuramentis cauſam dare debent, interueniſſe præſupponamus, §. ſacramentum. De conſuetud rec. feud.

CON-

CONCLVSIONVM FEVDALIVM DECAS TERTIA, EIVSQVE CONCLVSIO PRIMA.

De ratione feudi acquirendi per diutinam possessionem.

IN feudis præscriptioni, vt in cæteris cō tractibus locum esse satis humanum & rationi congruum videtur. Licet enim quis beneficiarium nanciscatur eū, quem volēs & deliberato animo à principio nō elegit: tamen intermedium illud tempus, quo vel per spacium anni sciens & non cō tradicens quem posside re patitur, ius Vasallitium allegantem, & postmodùm sacramento onerandum, §. fina. Si de inuest. inter dom. & Vasal. lis oria. c. 1. vers. inde. & §. fin. De con. rec. feu. vel quo per annos triginta ab eo qui inuestitus re vera nunquam est, seruitia consueta & necessaria recipit, talis actus instar habet: ex eadem ratione, qua aliàs vsucapionem & præscriptionem defendi exploratum est §. si quis per triginta. Si de feud. defunc. conten. sit.

c. 1. De

c.1. De vſu Mediolanen. Eaq; præſcriptio tricennalis procedit non tantùm in fauorem Vaſalli vtile dominium ſine titulo inueſtituræ acquirentis: ſed etiam domino prodeſt contra Vaſallum, Balb. tract. præſcrip. 4. par. 4, par. princ. quæſt. 12. nu. 8. Panor. c. ad audientiam. De præſcrip. Bald. d. §. ſi quis. nume. 10. & ibi Baro Tautenb. num 2. itemq; contra dominum alijs caſibus, ſecundum veram ſententiam Accurſij & ſequacium, Nicolai de Neapo. And. de Iſer. Bal. & Aluar. §. præterea De capit. Conrad. Iacob. Cuia. lib. 4. feud. tit. 49. Balbi d. quæſt. 12. nu. 9. Hieronym. Schiurph. conſil. 41. cent. 1. nu. 4. contra Egui Bar. & alios d. §. præterea. Non obſtat concluſioni noſtræ parag. item ſciendum. verſ. item eadem lege. De not. feu. vbi contra feudatarium de re communi inueſtitum cohæres vel ſocius petendæ adæquationis iuri non præſcribit minori ſpacio, quàm quadraginta annorum. Quia teſtantibus doctoribus eſt ibi ſpecialitas, fortè, quòd inter fratres, aut cognatos, vel inter fratrem & Vaſallum, qui alterius fratris partem in feudum accepit, actū fuerit, vt in le Lang. de præſcrip. l. ſi inter. vnde iſte textus deſumptus eſt. Et hæc intelligunt interpre-

tes

tes de adæquatione rei cõmunis diuisæ, Baro Tautenb. d § item sciendum. num. 3. Et Aluarot. in princ. vers. ipse inuestitus consequitur. Sed quid prohibet, quò minùs intelligatur de ipsa petitione diuisionis, qua certè nihil aliud agitur, nisi vt res communis adæquetur, hoc est, æqualiter diuidatur, l. si maior. Cod. commu. diuid. Et ita expressè inquit Bald. num. 3. qui malè ad alteram sententiam à Schenckio allegatur. Suadet etiam ipsius loci sensus, qui est, quòd de re communi inuestitus idem ius in re communi habeat, quod inuestiens cum suo cohærede, vel socio antea habuit: adeò, vt diuisionem non tantùm statim, sed etiam vsque ad annos quadraginta posit per iudicium communi diuidundo petere: vt sic speciali hoc loco in feudis, non præscriptioni actionis communi diuidundo, vt Bald. putauit, quæ certè vltra annos triginta, si semel exordium habeat, non protenditur, l. 1. parag. nemo itaque. Cod. de anna. excep. sed iuri petendi diuisionem præfinita intelligatur meta: cui quidem iuri in legibus communibus præscriptio tricennalis vel maior nihil obstat, secundum communem opinionem Ioan. Andr. in Specul. titul. de Iudic.

libro

libro 4.§.sequitur. verbo,l.1. ibi in parag. ad hæc.Et Iaſ.parag.quædam.nume.29. & 38 Inſtitu de Actio. Sic poterit etiam tali caſu in feudis dari præſcriptio, illi, quæ regulariter vſitata eſt,vicina.Cæterùm an Vaſallus tricennali præſcriptione feudum acquirens, bona opus habeat fide ab interpretibus, votis diſputatum eſt diſcrepantibus. Ego etſi reperiam, quòd fragmenta Ardizonis expreſſè dicant, vaſallum,qui malam habet fidem,nulla ſe poſſe tueri præſcriptione: tamen ea nihil obſtare, quò minùs ſine bona fide præſcriptio talis in feudis, ſicut aliàs, procedat arbitror. Quod tenet Bald d. parag. ſi quis. numer. 8. Balb. tractat. præſcript. 4. par. 4.par.princip.quæſt.12. numer 3. & 1. par. quæſt.1.num.2.&.2.par. quæſt.2. numer.1. l.omnes. l. ſicuti. Cod. de præſcrip. 30 vel 40.anno. Nam etiamſi ille locus authenticus eſſet: quod non concedo: nihilominùs tamen intelligendus foret tantùm in longi temporis præſcriptione, de qua ſolummodò loquitur: non obſtante dictione excluſiua, quæ & ipſa in d.§. præterea. ponitur, & tamen longiſsimi temporis præſcriptionem non impedit, vt oſtenſum eſt.

CON-

CONCLVSIO SECVNDA.

De Beneficij empti natura.

CVm feudum donationis instar habeat ·§· prædictis. Quæ fu pri. cau. & beneficium ac honor sit. parag in primis. In quib. caus. feud amit. Guilhel. Bene. repet. c. Raynutius. 1. par. in prin. nu. 24. atq; ex beneuolentia proficiscatur, d. parag. in primis an pecunia acquiri possit, disputatum est Sed palmam affirmatiua tulit sen tentia Text sunt c. vnico, Quemadmod. feud. ad fil per. c. 1 De inuest. in marit fac. c. 1. De nat feud. parag. notandum. De his qui feud. da. pos. In hoc tantùm, an ita acquisitum recti & proprij naturam habeat, relicta dubitatione: in qua quidem licet post interpretes Claudius Seisel. in fragmento Speculi sui latè se diffundat: ego tamen negatiuam rectè tenēdam autumo, Primò, quia Obertus definitionem proprij feudi constituturus inquit, esse concessionem ex beneuolentia domini factā. Cui itaq; non conuenit definitio, quomodo conueniet definitum? Nicol. Euerhar. in Top. loco à Definitione. Secundò, quia

Gerardus

Gerardus c.1. De feud.in vic. leg.commu. inquit, feudum honore & amore domini concedi: ideoq; pactum de habenda in feudum re pro precio oppignorata nō valere. Tertiò: quia ne feudum illud quidem rectum est, quod pro mercede seu salario alicuius rei, puta aduocationis, aut defensionis datur c.1. De feud.Guar.Neq; enim ibi præcisè de feudo empto, vt quidam aliquando conati sunt defendere, agitur, proptereà quòd tex. loquatur de precij restitutione: sed tātùm de precio, quod in feudis Guardiæ, Gastaldię, & pro mercede oneris aut alterius rei datis cōsueuit in principio domino offerri in honorem seu munus, vt putà, vel reditus vnius anni, vel certa pecunia. Quod ipsum etiam feudum rectum & proprium esse, si in eo interueniat, nihil impedit: sicut mandatum gratuitum esse non prohibet subsequens ἀντίδωρον, die vorehrunge/ l. si remunerandi. ff. man. nec depositum, aut commodatum, custodiæ precium & honorarium, l. 2. ff. vi bono. rap. Ideoq; quæ de feudo pecunia acquisito diximus, intelligenda sunt, vbi vero & iusto precio acquisitio facta est: alioquin gratitudidis loco in pecunia datum munus nihil obstat, quominùs feu-

dum ex beneuolentia domini profectum poſsit vocari. Porrò prædictã negatiuam amplio procedere, etiãſi dominus pecuniam accipiẽs ſe feudũ mihi donare, ſeu gratuitò cõcedere diceret. Quia nihilominus venditio eſſet & conſequenter feudũ contra veram propriamq; feudalis cõtractus naturam conceſſum, Alciat. lib. 2. in prin. De verb. ſi. Non autem repugno, vt acquiſitionis per pecuniam excepto capite, in reliquis recti duret natura & effectus. Sicut Cameræ, & Caneuæ feuda Obertus recta vocat, §. ſi verò. Quid ſit inueſt. cùm quòd tranſitoria non ſint ad impropria referantur à Doctoribus, Iaco. de Bel. in prælud. feud. diuiſ. 3.

CONCLVSIO TERTIA.

De duplici genere ſeruitiorum domino exhibendorum.

SEruitia ad quæ domino Vaſallus obligatus eſt, aut expreſſa & limitata ſunt: aut non expreſſa, ſed indefinitè promiſſa, §. in primis. In quib. cauſ. feud. amit §. ſimiliter. De cap. qui cur. vend. Prioris gene

ris

ris vocantur Conditionata, Præpoſ. in prę lud. feud. xij. diuiſ. num. 52. latè Iacob. Ardizon. in Sum. rub. vtrum illæ res quæ poſ. da. in feud. poſ. da ad cer. ſer. Exemplum eſt in §. præterea. Quid ſit inueſt. vt feſtiuis diebus vxorem domini ducere ad ædes ſacras. De quibus ſciendum eſt, quòd non minùs ac in alijs beneficiarius domino ad fidem obſtrictus ſit, quæ ne pacto quidem tanquàm ad ſubſtantiam pertinens, remitti poteſt, Aluarot. & dd. §. 1. Quæ fue. prim. cauſ. non attento, quòd in ipſo ſecùs obtineat fidelitatis ſacramento, §. nulla. Per quos fi. inueſt. Poſterioris generis capita ex formulis fidelitatis quas Obertus collegit, animaduerti poſſunt, vocanturq; recta & pura. Et talia in dubio præſumuntur: adeò vt conditionatum allegans probare cogatur. Pulcher eſt text. in d. §. præterea. Sed cur iſta Gaſtaldo non prodeſt præſumptio in caſu §. ſi verò. De feud. Guard. Arbitror ideo fieri: quia conſtabat eſſe Gaſtaldum, qui præſumptionem iniquæ acquiſitionis contra ſe habebat. Secùs, ſi non conſtaret §. item ſi Vaſallus. De contro. inueſt. Quos tex. tali ratione concilio prima fonte contrarios.

CONCLVSIO. QVARTA.

Qua actione dominus seruitia exigere possit.

CVm duplicis generis domino sint præstanda seruitia, qua vtraq; exigi possint actione à commentatoribus parciùs examinatur. Vnde cóc!udo. Aut promissa sunt seruitia: & vel ad stipulatióem: tunc si sunt certa, iuxta §. fin. De cap. qui cur. ven. § præterea. Quid sit inuest. agitur actione ex stipulatu, arg. tex. in prin. Instit. de verb. oblig. latè Card. Alexand. in prælud. num. 63. l. si quis certum. ff. si cert. pet. Si incerta: tunc condictio generalis datur, arg. d. tex. Vel sine stipulatione: tunc actio præscriptis verbis competet, l. 2. C. de pac. inter emp. & vend. Aut deniq; nulla determinata & specifica seruitiorum interuenit promissio: isto casu agendum erit; vel actione pręscriptis verbis etiam ob tacitum pactum, quod ex natura feudi inesse videtur, vt seruitia feudatarius exhibeat: vel condictione ex moribus seu placito feudali, quæ stricti iuris est, Bald. c. 1. in prin. nu. 9. De feud. cog. ; eleganter Dyn. cons. 48. incip. In quæstionibus, quæ vertuntur. nu. 20.

CON-

CONCLVSIO QVINTA.

Quatenus obligatio Vaſalli in ſeruitijs extendatur.

SEruitiorum præſtandorum obligatio latiſsimè ſua extendit pomeria: idq; inde patet, quòd Obertus vaſallum obligatum eſſe domino auxiliarem præſtare operam contra omnem hominem dixit. c.1. De no. for. fidel. Quæ verba alio loco explicantur hoc modo, etiam contra fratrem, filium, patrem, §. contra. Hîc fini. lex. Dura certè & ab omni humanitate aliena eſt conſuetudinis lex iſta, quæ ne patrem quidem excipit, cui omnium gentium leges & mores reuerentiam & honorem deferunt: maximè quando blaſphemiæ, hæreſeos, aut alterius atrocis criminis reus non eſt. Minor militat in fratre & filio ratio. Excipiũt placida feudalia Imperatoriam Maieſtatem, & priorem dominum, d.§. contra. d. c. 1. §. final. De prohib. feud. alie. per Frid. Adde Pontificem Romanum, c. venientes. De iureiu. & propriam patriam, arg. l. fin. §. final C. de abolit. l. 1. §. & generaliter. ff. de ven. in poſſeſ. mit. Quid in Rege, qui Imperator non eſt, vide

Bald § praeterea. el. 3. nu. 24. De prohi. feu. alie. per Frider. In solo autem Vasallo non ligio haec obtinent: in eo qui ligiam praestitit, fidelitatem nequaquã: alioquin quae inter istos esset differentia? quos tamen disertè discerni videmus. Quod miror nõ considerasse Curtium tractat. feud. 1. par. quaestio. 8. Chassene. in consuetu. Burgun. rub. 3. verbo, Et hommage. Speculatorem Vacillantem titul. de feud § quoniam numer. 4. Baron. & alios §. satis bene. De prohib. feud. alie. per Lothar.

CONCLVSIO SEXTA.

Cuius sumptibus domino seruire Vasallus cogatur.

DOmino bellum gerenti operã auxiliarem impendere Vasallũ suis sumptibus tunc debere cõmuniter cõclusum est, quando impensae faciendae cõmoditatibus feudi maiores non sunt. Probat id bonus text. l. Maeuia § fina. per quem hoc tenet Bartol ff. de annu. leg. Felin. capit. 1. numer. 9. Extra, De libel. ob. Specul. titul. de

de feud § quoniam. verſ. 22. quæritur. numer. 42. Idq́; æquitati maximè conſentaneum eſt, Vaſallum, qui per multos annos beneficij quietè percepit commoditates, nunc ingruentis neceſsitatis caſu pro defenſione domini temporarijs feudalium facultatū ſumptibus onerari. Sic libertum ſuo victu, ſuoq́; veſtitu operas patrono præſtare debere dicitur in l. ſuo victu. ff. de ope. liber, Secùs obtinēte, ſi ſumptibus ad expeditionem domini neceſſarijs, vel ratione longinqui itineris, vel exigui minimeq́; fœcundi feudi: vel deniq; diuturnitate belli impar ſit Vaſallus, d. l. Mæuia. Et ita intelligendus eſt Ardizon, in fragmen. vbi ita dicitur, Antiquatum eſſe ipſis rerū experimentis nos ipſi cognouimus, fideles dominorum ſumptibus ſeruitia miniſtrare. Iuſtū namq; eſt, vt illi cōſequantur ſtipendium, quo tempore ſuū cōmodare reperiuntur obſequiū: præſertim cùm nec quiſquam proprijs cogatur impendijs militare, maximè cùm extra ciuitatis ſuę tētoria ſeruitijs exhibendis eos cōuenit fatigari. Cæterùm hæc quieſcunt, vbi vel conſuetudine regionis, vel pacto inueſtituræ, vel priuilegijs certa ſumptuum præſcripta eſt forma, vt eos vel certis

temporibus, aut bellis, vel ad certum locum, vel ex certo loco Vaſallus de ſuo faciat, c. 1. De feud.cog.

CONCLVSIO SEPTIMA.

In quibus bellis Vaſallus dominum iuuare obligatus ſit.

BEllicę expeditiones à domino vel nō alia de cauſa quàm propagandæ ditionis contra Sauromatas & exteras gentes: vel contra eos & alios ſed cauſas ob alias ſuſcipiūtur. In priori cauſa diſtinguit Specul. titul. de feud. § 2. num. 43. non aliter Vaſallum teneri dominū ſequi, quàm ſi is aut ſui prædeceſſores cōſueuerint bellicas profectiones contra barbaros inſtituere: ad inſtar patroni, qui operas conſuetas liberto iniungere poteſt. l operarum. ff. de ope. libe. arg. l. vel vniuerſorum. ff. de pig. actio. Altero caſu ſubdiſtinguendum eſt, aut dominū bellum iniuſtū excitare non conſtat: aut dubitatur: & tunc tenetur ei Vaſallus ferre ſuppetias auxiliares: aut certò conſtat: & tunc non aliter, quàm ad defenſionem, ſi vult, non poteſt

cogi

cogi nec beneficio exui. Ad offensionem verò etiamsi velit, non potest. Hæc omnia expressè probantur per c 1. Hic fin. lex. Et quando obligatus est illi adesse non aliter ob desertionem euitat priuationis feudi pœnam, quàm si vel dominus animam expirauit, vel lethaliter vulneratus est, vt nulla salutis ostendatur spes, iuxta § 1. Quib. mod. feud. amit. § item qui dominum. Quæ fue. pri. cau § 1. De feud. sine cul. non ami. vel deniq; ipse graui vulnere affectus est, vt domino nihil possit prodesse, l. si quis in graui. ff. ad Sylla aut aliter citra salutis suæ proprię periculum diutius expectare non potest, Alciat. tractat. præsump. reg. 1. præsump. 52. gloss. § fin. De alie. feud. pater. Aluarot in prin. num. 6. Quib. mod. feud. amit. Nam vtcunq; se domino obligauerit: tamen quilibet præsumitur priùs curare res proprias quàm alienas, c. qui vult. De pœnit. dis. 3. l. quæ seruandarum. ff. de præs. verb. & à natura insitum est homini, vt charitas prima incipiat à se ipso, l. præses. Cod. de Seruitut. vbi Salicetus infert, Si quis ꝓmiserit defendere aliquem contra quamcunq; personam, non censetur promisisse contra se ipsum. Et idem dicit pulchrè Bald § contra nu. 3. Hîc finit.

lex. per rationes, cùm quia quælibet res naturaliter appetit conſeruationem ſui ipſius Cice.lib.1.Offic tum,quia in generali ſermone nõ continetur perſona loquentis l.inquiſitio. Co de ſolut. Vulgò in eam ſententiam recitatur verſus, Ille perit meritò,qui ſe plus diligit vllum, Iaſo §. item ſi de dote,num.9.Inſtit. de Actio.

CONCLVSIO OCTAVA.

Vaſallus non niſi requiſitus domino ſeruitia præſtare tenetur.

VAſallum non exhibentem domino fidelitatem & ſeruitia neceſſaria ſiue determinata ſiue indefinitè promiſſa ſint variæ excuſant cauſæ, cùm quia vel non potuit, §.ſed nec alia. Quæ fu.pri.cauſ.vel bellum manifeſtè iniuſtum eſt,c.1.Hîc fin.lex vel cauſæ qualitas purgationem præbet, §.non eſt conſuetudo. verſ.ſed licet. De alie.feu. pater. vel dominus banni Imperialis aut excommunicationis vinculo innodatus eſt d.c.1.in prin Tùm, quia requiſitus non eſt §.ad hæc. Hîc fin.lex §. etſi vaſallus §.licet,Si de feu.defunct.conten.ſit.

§.fir-

§.firmiter.De prohib.feu alie.per Frider. §. vt autem de allod. Ex quo ſequitur nec antè eum conſtitui in mora, arg. l. videamus §.ſi actionem.ff.de vſur. Quod operantur illa verba iuramenti, quo in fidem domini recipitur, Si requiſitus fuero. Si ex denunciatione tua opus tibi eſſe auxilio meo cognouero, c.1. De no. for. fidel. Quamuis enim aliàs hæc verba promiſsionis, Qua die petieris. Si petiero. Si requiſitus fuero, cùm tacitè & natura actus inſint, & ad ſolam admonitionem pertineant, l.3.ff. de leg.1. non impediant, quominùs dandi promiſsio pura cenſeatur: ideoque ſtatim incipiat deberi ſors & vſuræ, quæ ex contractu, non ex mora, currunt, l.ſi ita quis promiſerit. in princ. vbi dd. ff. de verbor.oblig. Tamen hoc caſu id fallit, ſuadente rei natura, d.cap.1. Sic eſt in alio exemplo de patrono operas à liberto ſtipulante, cùm popoſcerit, l.cùm patronus. ff.de ope. liber. Nec enim alio die incipiunt operæ deberi, quàm quo patronus voluerit. Idq; doctores extendunt, vt nec iuramentum hoc caſu obſtet, cuius vigore aliàs citra interpellationem quis in mora conſtituitur, c. breui. c. querelam, De iureiurand. dd. l. quod te. ff. Si cert.

pet.

pet. Corroborat eleganter hanc ſententiam, quod traditur, in obligationibus faciendi & dandi, quando tacitam diem à lege habent, vt ſi quis inſulam ædificare, aut pecuniam certo loco dare ſpoponderit, licet lapſu diei, quo commodè fieri aut dari potuit, in moram incidat promiſſor. Ineſt enim talibus promiſsionibus tacitè tempus, l. continuus §. cùm ita §. item qui inſulam. l. idem erit. l. ſi ita ſtipulatus ſim abs te. ff. de verb. obl. Tamén ſecùs eſſe, ſi promiſerit ædificare aut dare cùm ſtipulator poſceret. Hîc enim aliter exprimitur, quàm tacitè ineſſet ex natura contractus, d. l. ſi ita quis. à contrario ſenſu. Similis eſt fallentia, quando non rei natura ſua det, ſed in vim conditionis talia verba accipi merentur, vt eſt in exemplo venditoris, contra quem etiam litis motæ ſcientem, obligationis præſtandi euictionem dies non venit, nec cedit ante denunciationem, l. emptori. C. de euic. l. Herennius. ff. eod. Fel. c. ſi autem. num. 4 in fin. De reſcrip. Bal. & Aluarot. c. 1. Si Vaſal. de feu. interpel. fue. nume 2. & 8. l. qui abſentem. vbi Bartol. & Ang. ff. de Procur. Quia talis denunciatio non ſolùm admonitionis & ſcientiæ cauſa fit: ſed etiam vt venditor in

citetur,

citetur, quo liti aſsiſtat, emptoremq; defendat, l.1. vbi Bald. Co. de peri. & com. rei vend. alioquin probabiliter is credere poteſt, proprijs iuribus cõfidere emptorem, nec auxilio ſuo indigere, Bart. d. l. emptori. Cæterùm prædicta fallunt, ſi per ſe Vaſallus domino periculum ex obſeſsione ſubitò facta, vel aliter impendere ſcierit, Tex. eſt d. §. adhæc, adeò vt hoc caſu ſpeciale eſſe rectè Aemil Ferret. monuerit in tractat. de mora nu. 14. & 19. Facit ratio, eum qui ſcit, vlteriùs certiorari non debere, c. eum qui. De reg. iur li. 6. idq; operatur iuramentum. Sic in pulchro ſimili tradit Spec. tit. de Aduocato §. obijcitur. nu. 26. quòd is qui iurauit defendere eccleſiam, teneatur venire etiam nõ requiſitus, ſi eſt in loco, vnde commodè poteſt approperare, & ſcit controuerſiam eccleſiæ motã, ſuumq; conſilium ei vtile eſſe. Quod & ipſum aliàs ſecus eſt ſecundum Abba. conſ. 49. par. 2. vbi inquit, eum qui ſe defenſurũ promiſit, non priùs obligari, quàm ſit interpellatus, etiamſi defenſione opus habere ſtipulatorem ſciat. Quem ſequitur Felin. d c. ſi autem, numer. 4. verſicul. & iſtis adde.

CON-

CONCLVSIO NONA.

Dominum qualiter Vaſallus poſſit in ius vocare.

VAſallus an dominum ſine venia petita & impetrata in ius vocare poſsit, à Doctoribus diſputatum videmus, inter quos affirmatiuam tenentium tanquam communior & verior pręualuit ſententia, quæ eſt gloſſ. & Baldi c. 1. De mil. vaſal. qui contu. Ioan. Fab. Ang. Plat. Iaſon. & Zaſ. §. pœnales. Inſtitu. de action. Iaſon. l. generaliter. ff. de in ius vocan. Zaſ. ſibi contrarij tractat. feud. 11. par. numer. 23. & 7. par. numer. 49. par. 10. numer. 47. & in l. ſi non ſortem §. libertus. ff. de condic. indeb. Minſynger. obſer. 92. centur. 4. cùm quia nullibi prohibitum reperitur, gloſſ. d. c. 1. tùm, quia æquiparatio à liberto ad beneficiarium aliàs non inconcinna hoc caſu ſicut alibi ſæpe ob diuerſitatis rationem locum nō habet, Zaſ. §. præiudiciales. verſ. accipiamus nunc ſecundum. Inſt. de actio. Minſ. obſ. 91. cent. 4. Quod planum fuerit, ſi fundi fiduciarij ſolius, cuius ratione Vaſallus ſe pro domini ſalute rerum & corporis

ris diſcrimini ſæpe obijcere tenetur, c. 1. Quib.mod feu.amit & deinde libertatis, rei precioſiſsimæ & inæſtimabilis habueris conſiderationem. Quod latiùs præſes Euerhar in Top. demonſtrat. Verum eſt, reuerentiam maximam domino deberi, §.ſi verò. De mil.vaſal.qui contu.eſt adeò, vt cõtra eum cum actione famoſa non niſi certis audiatur modis, ſecundum pulchram Theoricam & diſtinctionem Bal.§. fin.nu.15.verſ. dubitant tandem. De prohib alie. per Frider. quem refert & ſequiter Iacob. de S. Georg. ver. & dicti vaſalli. nu.6. Cæterùm quid tali caſu in colonis, cenſitis,aſcripticijs alijſuè hominibus noſtris obtineat,videamus.Et ſanè licet glo. quæ ad hoc à multis allegatur in l. 2. C. in quib.cauſ.col.dom.ſuos ac. libro 11. & Aluarot. c. 1 in prin. nu 9.De mil.Vaſal.qui cont. contrariũ in illis obſeruari teneant: tamen qua id procedat ratione nõ video, cùm beneficij minus à dominis quàm Vaſalli habeant, & aliquantũ à vera ſeruili cõditione etiã veteri iure abfuerint,l. ne diutiùs. C.de agri. & cen. lib. 11 Azo in Sum. C.de libe.cau.in prin.Quæ & ipſa res facit quòd actione præiudiciali nõ directa, ſed vtili petãtur,ſecundũ glo.§.præiudiciales.
ybi

vbi Ias. num. 44. & 45. Instit. de Actio. Bene id in dimissis obtinere cõcesserim, in quibus etiam expressè scribit Zas. d. §. pœnales. ad manumissorum quodammodo accedentibus statum, & consequenter eorũ hîc censendis iure, arg. §. vt autem. De allod. l. illud. ff. ad leg. Aquil.

CONCLVSIO DECIMA.

Vasallus multis modis gratitudinem & reuerentiam domino debet.

AD gratitudinem & reuerentiam domino debitam pertinet, quòd ei iustitiam Vasallus non tantùm vt quidam putant, in causa feudali, sed etiam in alia cogatur exhibere, fortè Iudex ex commissione superioris, vel alijs modis existens, parag. insuper. De prohibit. feud. alie. per Frid. alioquin beneficio feudali indignus, §. illud tamen. Quæ fue. pri. caus. Item, à violentis aut aliter iniuriosis conatibus abstinere ipsius personam immediatè vel mediatè concernentibus §. rursus §. porrò. Quæ fue. pri. caus. §. item §. similiter.

liter. Quib.mod.feud.amit. Item dare operam, vt iudicem agens sententiam adhibito peritorũ consilio ferat, quæ in secunda instantia retractari nequeat, arg.l. post legatum ·§· quidam .ff. de his quib. vt indi. glo.& And.de Iser ·§· item si delator. Quæ fue.pri.cau.Curt.4. par. nu.73. Item, post sui antecessoris patris aut agnati, vel post domini obitum renouationem inuestituræ petere tempore, quod dominus feudi in codicillis inuestituræ præscripserit, Iser. c.1.nu.12.Aluaro.nu.14. Quo tem.mil.seu in iure feudorum determinatum est, c.1. in prin. Quæ fue.pri.caus.nisi quando dolus & lata culpa absunt, §. quoniam. De prohib. feud. alie. per Lothar. iustæ causæ excusationem suppeditant, vtputa, capitales inimicitiæ, absentia, infantia, d.c.1.pupillaris ætas ·§· si minori. Si de feu.defunc. conten ·§· præterea.el.1.De prohi.feu.alie. per Frid. infamia domini, c.1.in princ. Hic fin.lex. Dubitatio quis sit dominus, duob. fortè disputantibus, Aluarot.d.c. 1.nu.14. & ibi Præpos. Item ignorantia mortis domini aut agnati, arg ·§· porrò. Qual.olim. l.quidam decedens. §. fin. ff. de administ. tut. quam sacramento probari, cùm in animo & conscientia consistat, regulare est.

Ita glo. ordinaria, c. præsumitur. De reg. iur. lib. 6. gloss. §. sed istæ. vbi Ias. nu. 88 Institu. de Actio. gloss. & Panor. c. innotuit. De elect. Sed econtrà qualiter quis probetur esse mortuus, vide latè Maran. repet. l. is potest. numer. 156. ff. de acquir. hæred. Item, eodem spectat, sine eius scientia & consensu alienare feudem, para similiter. De leg. Conrad. c. 1. De alienat feud. pater. Qua de re proditæ extant duæ Imperatorum Lotharij Tertij, & Friderici primi διατάξεις νεαραὶ, quibus singulares addendæ sunt non tantùm in casu subinfeudationis, sed etiam aliæ limitationes, si vel adiectæ sint clausulæ, Saluo iure domini. Si consensus domini interuenerit. Si & in quantum de iure possum. De quibus Bal. §. denique numer. 5. Quæ fue. prim. caus. parag. donare. numer. 7. Qual olim paragra. hoc quoque. De suc. feu. latè Felin. c. quæ in ecclesiarum. nu. 85. De constitu. vel vt olìm fuit c. 1. Quid iur. si Vasal §. aut si libellario. Quib. mod. feud. amit. consuetudine loci contrarium post prædictas τὰς διατάξεις inductum sit. Quod fieri posse statuo, non obstante oratione exclusiua, arg. not. à Iacob. de Bel. & Barone à Tautenberg. c 1. De his, qui feud, da pos. in prin.

prin. vtili hac adhibita declaratione, vt iure προτιμήσεως prohibendi & redimendi saluum agnatis & domino maneat beneficium, parag. sed etiam res. Per quos fi. inuest. d. parag. porrò §. Titius. Si de feud. defunct. conten. Bald. tract. de iur. protomis. num. 12.

CONCLVSIONVM FEVDALIVM DECAS QVARTA, EIVSQVE CONCLVSIO PRIMA.

De iure Beneficiariorum.

VIgore iuris quod Vasallus in vtili dominio fundi beneficiarij legitima ratione consecutus est, non tantùm commoditatibus inde prouenientibus, §. in primis. In quib cauſ. feud. amit. sed etiam incrementis per alluuionem vel aliter additis fruitur, §. si quis de manso. De controuers. inuestitu. dummodò dominus vel nihil sibi ibidem ad curiam suam dominicalem reseruauerit: vel aliàs contra possidentem in probando negatam

incrementorũ inueſtituram ſuccubuerit, d.§.ſi quis de manſo. Quorum ratione an ſeruitia augeri Vaſallo poſsint, vide latè And.de Iſer.§.fin. nu.17. & 18. De contro. inueſt.& faciunt notata in c. propter ſterilitatem.De loca.l.1.& 2.C. de allu. l. ſi merces §.vis maior.ff Loca. Poteſt etiam cùm actiones efficaces habeat, §.rei. De inueſt. de re alie.fac.latè Card.Alexan.in prælud. nu.63. iudicium ratione feudi vel agendo vel excipiendo exercere: adeo vt & dominus id ratum habere cogatur ſine fraude habitum, §.ſi Vaſallus. Si de feud.defunct. conten.c.1. De contro.inter Vaſal.& alie. etiamſi is vocatus non ſit, teſte Aluarot.d. c.1.in princip. And.de Iſer.d.§. ſi Vaſallus. cuius contrarium vtrobiq; tenuit Bald.omiſſa denunciatione fraudulenter actum videri putans. Quod in ſolo iure domini, & non aliter verum eſſe tex.manifeſtè probat, diligentiùs conſideratus. Præterea, licet in Emphyteuſin vel per contractũ libellarium concedendo prædium beneficiarium transferre nequeat: poteſt tamen id ſubinfeudando etiam inconſulto domino & agnatis facere, §. ſimiliter. De leg. Conrad.§. rurſus. De contro.inueſt.§. callidis. De prohib.feud.alie.per Frid & quidem

dem in quem velit iure πρ·τιμήσεως non habente locum, §. ſed etiam res. Per quos fi.inueſt. Idq́; procedit, etiamſi codicillis inueſtituræ pactum de non alienando interueniſſet. Cuius contrarium malè tenet Bald parag. præterea. num. 3. De cap Con rad. qui ſola ſua autoritate ſine rationibus ſeduxit Aluarotum ibidem num. 4. & Alciatum l. non ſolum. parag. morte. nu. 28. ff. de no. ope. nun. Item Curtium trac. feu. 4. par. nu. 24. Quia alienatio propriè non compræhendit infeudationem, vt expreſſè oſtendit d. parag. ſimiliter parag. callidis. parag. ſed etiam. ipſo etiam Bal. teſte, quoties alienationis caſus recenſet, vt in parag. aut ſi libellario. num. 6. Quib. mod. feud. amit. c. 1. in fi. De alie. feud. Nec obſtat, quòd pactum aliquid operari debeat: prout per hoc Bald. & Aluarot. ſuam firmare conantur ſententiam. Quia ſatis operatur, quòd cõſuetudine regionis vel Statuto alienationem permittente Vaſallus alienare irrequiſito domino prohibeatur Aliàs enim talis pacti adiectio inutilis eſſet: cùm Legibus Nouellis Imperatorú alienatio interdicta ſit. Et ſanè in dubio verborum proprietati adhærendum eſt: maximè in conſuetudinibus & Statutis

quæ ſtrictam naturam habent, vt not. in l. omnes populi. ff. de iuſ. & iur. Item, vitandæ ſunt extenſiones, ex quibus pœnæ ſubſequuntur, vt hîc eſt priuatio feudi, l. ſemper. l. ex pœnalibus. ff. de regul. iur. Quod miror præfatos non conſideraſſe, à quibus etiam Felin. licet ſubtimidè diſcedit in c. quæ in eccleſiarum, num. 69. verſ. ſecunda declaratio eſt. mihi col. 157. Extrà, De conſtit. Reſtat de iure ſubinfeudationis diſcutienda difficultas. In ea Bald. c. cæterùm in fin. De iudic. ita inquit. Licet quando Vaſallus alienat conſentiente domino, deſinat omnino eſſe feudatarius tã quo ad poſſeſsionem, quàm quo ad vtile dominium: tamen ſecùs eſſe, ſi Vaſallus acquirat ſuo nomine alium Vaſallũ: tunc enim non deſinit eſſe Vaſallus domini ſui, nec cedit feudum, ſed concedit. Vt ſic iſto exemplo demonſtretur vtile dominium ſuperius, & vtile inferius: addens, Si ſum feudatarius regis & de meo feudo acquiſiui plures feudatarios, de orta inter eos controuerſia cognoſcere poſſum ego, nõ rex, qui mediatus eſt dominus. Non obſtat quod traditum eſt, primo Emphyteutæ, qui alium Emphyteutam etiam conſentiente domino conſtituit, nihil iuris

relinqui;

relinqui: adeò vt laudemium primo domino ſoluendum ſit, glo. in l. 1. in fin. Cod. vti poſ. in l. emptor. Cod. de hæred. vel ac. vend. in l. fina. Cod. de iur. Emphyteut. Quia intelligitur caſu, quando primus emphyteuta omne ius ſuum expreſſè in ſecundum tranſtulit: non ſi canonis exactionem ſibi reſeruauit. Huc pulchrè facit, quòd vtile hoc dominium Vaſalli, Emphyteutæ, & ſuperficiarij, l. 1. parag. fin. ff. ſi ag. vectig. Iaſon. parag. æquè. numer 50. Inſtit. de actio. directo non aduerſans, vt eſt illud, quod ex longi temporis poſſeſſione acquiſitũ eſt: ſed directũ agnoſcens, illiq; ſubiectum, non ſimplex ſit, ſed faciat poſſeſſorem, vt in priori Bald. l. 2. ff. de condic. inſtit. Text. l. Iulianus. in fin. ff. de rei vend. l. 3. ff. de vſucap. vocari proprietarium, l. locorum. C. de om. ag. deſer. libro 11. vbi tex tales proprietatem poſſeſsiõis habere indicat. Itemq; perpetuarium, vt l. prædia. C. de loca. præd. ciui. lib. 11. Alciat l. naturaliter §. nihil commune. nu 20. ff. de acqu. poſ. § in pri. ibi, in perpetuũ. In quib. cau. feu. amit. c. 1. De nat. feu. Hinc & vtilis rei vendicatio talibus competens, d. §. rei. De inueſt. de re alie. æqualis eſſe dicitur cũ directa, Zaſ. § omniũ. nu. 17. Inſtit. de actio.

& probat d.parag. ſi vaſallus. vt per hæc mirum nõ ſit, partem de ſuo feudo infeudantem domini ſui nihilominùs manere Vaſallum, & dominium vtile retinere.

CONCLVSIO SECVNDA.

Beneficiarij tranſactio & compromiſſum an teneant.

CVm iudicium ratione feudi agitatũ robur obtineat, tranſigere etiam Vaſallum poſſe nemo ambigit: cùm per id liti dubiæ & incertæ finis imponatur, Text. eſt §. ſi Vaſallus. Si de feu. defunct. conten. c. vnico De contro. inter dom. & ali. & examinat Franciſ. Curt. tract. feud. 4. par. nu. 96. Zaſ. 9. par. nu. 19. Bald. c. 1. in princ. nu. 17. De prohib. feu. alie. per Frider. adeò, vt licet precium loco rei ſuccedat, l. ſi rem. ff. de pet. hæredit. non tamen quod Vaſallus ex tranſactione, quæ ob controuerſiam ratione feudi facta eſt, accepit, feudi cenſeatur iure, d parag. ſi Vaſallus. Idemq; in compromiſſo obtinebit ſecundũ text. c. 1. parag. ſi autem. De leg. Conrad. vbi ordinariè doctores, quibus adde Spec. tit. de arbitro.

arbitro §.restat.num.6.vbi inquit, id procedere quo ad Vasalli, non domini præiudicium, fa §. quid ergo. & §. econtrario. De inuest. de re alie. fac.

CONCLVSIO TERTIA.

Beneficium an in bonis beneficiarij censeatur.

VAsallum non dominum proprietarium dacia & collectas nomine feudi soluere æquitatis est: cùm quia is percipit fructus, c.1. qui sentit. De reg. iur. lib 6. tùm quia in ipsius bonis feudum computatur etiam hæreditarijs si est γενεαρχικόν: adeo vt etiam agnatus hæreditatis portionẽ solùm acceptans à beneficijs reuocatorijs excludatur, And. de Iser. Alua. & Baro Tauten. c. 1. De alie. feu. pater. Quod tamen de annexitate tantùm, non de merè hæreditario iure intelligendum est. Vndè Bal. c 1. num. 6. An agnat. dixit, si quis sine hærede decedat, feudum non reputari inter bona hæreditaria. Quod verum est. Quia aliàs succedenti ius ad quosuis transiret. Hinc & in generali alienatione rerũ non venit, §. in generali. Si de feu. defunct. content. nec bonorum, Bald. c. 1. in princ.

nū.1.De prohi.feu.alie.per Frid.quidquid alibi dixerint aliqui. Eodemq́; ſpectat, quòd Vaſallus in præiudicium agnatorū vel domini nec alienationibus, vtcunque eas conſuetudo permittat §. hoc quoque. De ſuc. feud. ne quidem ad pias cauſas factis, §.donare. Qual.olim.feud.c.1.De prohib.feu.alie.per Frid.nec ſubinfeudationibus, §. ſimiliter. De leg. Conrad §. fin.De contro.inueſt.nec in dotem datione, d §. donare. nec eiurando in manibus domini,c.1. De Vaſal. decrep.ætat. nec ſeruitutem imponendo, §. quid ergo. De inueſt. de re alie. fac. nec ἀντίφερνα ſiue ὑπόβολον, ſiue θεώρητρον, ſiue δωρεὰ πρὸ γάμου ſint, nec alias τὰς δωρεὰς conſtituendo quidquam diſponere poteſt §. quamuis. De inueſtit.de re alie.fac.arg.d §. donare. Bal.c.1.in princ.nu.13. De prohib.feu.alie. per Frid.Item illud, quòd ſententia in iudicio Vaſalli domino quoad ſuum ius nō noceat ſecundum Andr. de Iſer §. ſi Vaſallus de beneficio.quem ſequitur Aluar.nu. 4.& Card.Alex.in prin verſ.oppono contra tex.Si de feu.defunct.|conten.ſit. Niſi ſanè obſtaret præſcriptio, quam efficaciter procedere ſuprà demonſtratum eſt.

CON-

CONCLVSIO QVARTA.

Diuidere domino irrequiſito an Vaſallus poſſit.

DIuiſionem alienatio non compræhendit Felin. c. quæ in eccleſiarum. num.89. De conſtitu. ideoq; eam clientibus fiduciarijs permiſſam eſſe communiter concluditur, per §. præterea Ducatus. De prohib. feu alie. per Fri. etiam in feudis iuriſdictionum, Specul. titu. de feud. §. quoniam. num. 56. dummodo non ſuperiorum, vt alibi ſuprà tractauimus. Neque enim hoc modo diſtractio fit, ſed tantùm partitio inter eos, qui feudum legitimè à domino vel eius hæredibus recognouerunt. §. omnes filij. Si de feud. defunct. content. Sic etiam de Emphyteuta tradunt Felin. d. c. quæ in eccleſiarum. num.89. & 92. Alciat. l. qui Romæ §. duo. num. 43. ff. de verb. obli. Videntur tamen quidam id indiſtinctè non concedere, diſtinguentes inter clientelaris iuris fiduciam nouiter acquiſitam, in qua iuri accreſcendi locus non eſt: & inter eam, quæ vetus eſt, Bald. l. voluntas. C. de fideicom. Alcia. conſ. 179. num. 6.

CON-

CONCLVSIO QVINTA.

Feuda an tribuant Nobilitatem.

FEudorum alia interpretes Nobilia: alia Ignobilia vel barbarè Burgenſia vocant, & certos iterum conſtituunt, cum dignitate, minùs, & aliqualiter nobiliũ gradus, Iacob. de Bel. in prælud. feud. diuiſ. 6. Cardi. Alexand. diuiſ. 2. Quæ inconcinna non ſunt, ſi ex c. 1. Quis dica. Dux. Vnde hauſerunt, penitiùs deducãtur. Nec enim vt quidam expreſſè ſcribunt, quicunq; feudum rectæ naturæ habet, iuxta parag. notandum. De his qui feud da. poſ. is etiam paradogium conſecutus eſt. Nam hoc manifeſtè Obertus negat, longam annorum ſeriem requirens, ſecundum veram & neceſſariam iſtius loci ſententiam. Hinc Bal. in prælud inquit, feuda antiqua ſapere nobilitatẽ. Quod ipſum quo ad feuda à ſummo Principe & capitaneis regni obtenta verum non eſt. Quia in illis antiqui & noui ratio eadem eſt. Aliqualiter itaq; nobilia ſunt minorum Valuaſorum, quos ſubinfeudatos vocamus, germanicè Afftterlehenleute.

henleute. Obertus verò tali appellatione aliqualiter nobilium non vtitur, ſed antiquitatem temporis poſcit, & paradogiũ tribuit. Sed rectè dicitur, effectũ eſſe eundem: in ordine verò differentiam. Hinc etiã maiores & minores vocantur paſsim, & pulchrè in conſtitutione Conradina, de benef. & ter. tribu. In legibus verò Langobardorum, Francorum, Ripuariorum, & Allemannorum ſæpiſsimè tantùm voce Vaſſorum, Waſſorum, & Vaſſallorum nominantur, vt Franc. lib. 2. cap. 9. Epiſcopis iterùm, Abbatibus, & Vaſsis noſtris & omnibus fidelibus Laicis dicimus, vt comitibus ad iuſticias faciendas adiutores ſitis. Et lib. 4. cap. 75. De Vaſsis dominicis, qui adhuc intra caſam ſeruiunt, & tam diu beneficia habere noſcuntur, ſtatutum eſt, vt quicunq; ex eis cum domino Imperatore domi remanſerit, Vaſallos ſuos caſatos ſecum non retineat, ſed cum comite, cuius pagenſis eſt, ire permittat, Et in conſtitutionibus Pipini titul. De Iterantibus, §. 2. ſeniores & Vaſalli noſtri. Interdum etiam diſtinguuntur, vt Conradus in præfata cõſtitutione, §. 1. Nullus tamen de noſtris maioribus valuaſſoribus, quàm eorum militibus ſine certa & cõuicta culpa ſuum beneficium

beneficium perdit, nisi secundum consuetudinem antecessorum nostrorum & parium suorum. Et cum tali declaratione intelligo Zas. tract. feu. 5. par. nu. 29. & Conrad. Lag. in metho. 2. par. cap. 20. de eadem hac materia disputantes copiosiùs.

CONCLVSIO SEXTA.

De iure domini beneficii.

Reciproca inter dominũ & fidelem obligatio facit, quòd pari inter se cẽseantur iure § domino. Si de feu. defunct. conten. sit § dominus. De for. fidel § quoniam. De prohib. feud. alie. per Lothar § in quibus. De consuet. rec. feud. Hiero. de Mon. tract. de fini. cap. 11. num. 11. Castren. l. 2. num 3. Cod. de vsufruct. Hinc sicut alienare inconsulto domino feudum Vasallo permissum non est: ita nec domino concessum id esse debere Imperator Conradus primus constituit § ex eadem. De leg. Conrad. Insuper, inquit, & omnibus modis prohibemus, vt nullus senior de beneficio suorum militum cambium, aut precariam, aut libellum, sine eorum assen

su

ſu facere præſumat. Illis verò quæ tenet proprietario iure, aut præcepto ſuo porrectum libellum, ſiue per precariam, nemo eum iniuſtè deueſtire audeat. Qui text. corruptiſsimè in editione Baſilienſi Legum Francicarum poſitus, hoc modo corrigendus & legendus eſt. Et ante eum Lotharius primus, Si quis, inquit, fecerit inueſtituram vel cambium de beneficio ſui militis ſine illius conſenſu, cuius eſt beneficium, pro non facto habeatur, c. 1. parag. ſi quis. Quo tempor. milit. inueſti. pete. Nouiſsimè etiam Fridericus primus § præterea Ducatus. De prohib. feud. alie. per Fride. nec dominus feudum ſine voluntate vaſalli ad alium transferat. Sic Ioan. And. in addit. Spec. tit. de Feud. § quoniam, verbo, alienare. Non poteſt, ait, dominus Vaſallum vel hominem ſuũ inuitum alij delegare, vel in alium transferre, ne quod Vaſallo non licet, domino permiſſum dicamus. Adijcit Obertus limitationem de caſu quando cum curia alienatio fit. Quæ ad legem Conradinam non pertinet, ſed ad declarandam contrariam conſtitutionibus Imperatorijs præmemoratis conſuetudinẽ Mediolanenſiũ profertur, apud quos totius beneficij dominãtis

alienatio

alienatio in maiorem aut saltē æqualem etiam sine Vasalli consensu, itemq́; sine curia facta tenet: in minorem non aliter, quàm Vasallo cōsentiente, cuius interest, dominum inferiorem, viliorem, & fortè plebeium non agnoscere: dubio tantùm in casu curiæ existente, in quo dissenserūt Obertus & Gerardus: illo, in quemcunq; alienationem totius feudi dominātis inconsulto Vasallo: hoc verò, tantummodò, in parem vel maiorem, non minorem fieri posse arbitrante. Vtriusque opinio in curijs Langobardicis practicata est: sed in Mediolanensi ferè Gerardi tātùm, ob rationem prædictam, quòd nobili Vasallorum personæ dedecorosum censeatur, domino viliori operā auxiliarem impendere. Non aduersantur hæc, vt Eguina. Baro putat, cōstitutionis Friderici verbis, quibus ita beneficium diuidi prohibetur, vt duos dominos Vasallus pro vno beneficio agnoscere cogatur. Quia text. secundum veram lectionem, qua Baro caruisse videtur, non de parte, sed de toto loquitur: eamq́; illa ipsa verba Friderici cōfirmant. Porrò fallit ista paritas & alijs casibus, vt est trāslationis in ecclesiam, parag: si verò. De allod §. donare. Qual. olim.

quem

quem ſolus erga pias cauſas defendit fauor, non tamen eo vſque extendendus, vt beneficio de euictiõe præcluſa cenſeri debeat via. Quid enim eſſet iniquius? Quid magis alijs theoricis iuris contrarium? Alius, indictionis certarum collationum, vel ex lege feudali, §. vt autem. De allod. vel ex conſuetudine, puta, releuij, de quo mentionem facit And. de Iſer §. ſed etiam res, num. 7. Per quos fi. inueſt. & §. ſimiliter. nu. 14. De leg. Conrad. Addo tertium, iuris exigendi fideiuſsionem tempore incluſionis ſeu incarcerationis ob æs alienum, arg §. iuſtas autem cauſas. verſ. ſi quẽ ſuorum parentum incluſum. Conſti. Nouæ. 115. Secùs quo ad pecuniarium auxiliũ, quod ne periurij quidem reatum auertendi cauſa poſtulare poteſt §. fina. De alien. feu. pater §. licet. Si de feu. defunct. conte. ſit. per quos tex. eam Theoricam aliquando contra quendam rabioſum Ferrarienſem defendi.

CONCLVSIO SEPTIMA.

De vtilis dominij in fundo beneficiario perdendi cauſis.

IVris Vaſallagij amittendi multæ ſunt cauſæ, in quibus colligendis Doctores noſtri liberiores ſunt, quàm elegans Oberti regula patitur, De illa, dicentis, ingratitudine loquor, per quam beneficium amittatur: non enim ad hoc ſufficit omnis occaſio, per quam fidelis accepti beneficij videtur ingratus: ſed ſunt quædam egregiæ ingratitudinis cauſæ, quibus beneficium ſecundum morem curiarum ſolet adimi. Et alibi. Illud eſt certum, quòd non ex omni cauſa, ex qua opinio Vaſalli grauatur, beneficium amittitur. Nam & ſæpe deierat, & beneficium nihilominus retinet, vtputa qui beneficij portionē alienat abſq; domini ſcientia, beneficiũ quidem retinet, ſed fidem promiſſam ſeruare non videtur. De interfectione cõuaſalli miror certè quę interpretes nonnulli tradere audent. Quæ enim id ſuadet ratio? An quod Bald. de incarcerato in §. denique. num. 2. Quæ fue. pri. cau. ſcribit? Certè æquè falſum illud eſt. An infamia? Sed nónne eadē infamia eſt in caſu interfecti fratris domini, quem tamen priuationi ſufficientem non eſſe textus manifeſtè inquit, c. 1. An ille qui interfe. frat. do. An iniuria? Sed nónne maior iniuria mihi infertur per

mortem

mortem fratris, quàm Vasalli mei? Hinc Obertus de grauibus & inhonestis iniurijs expressè loquitur. Concedo rectè procedere in proditorio, vel simili interfectore, in quo differentia non est. Ita expressè loquuntur d.c.1. d. parag. denique. Quia feudum à fide dicitur, & non nisi fidem habenti & propter fidem conceditur, parag. nulla. Per quos fiat inuest. Proditor verò fide omni caret, vt pulchrè Iacob. de Bel. c 1. in princi. vers. nota ergo. Quib. mod. feud. amit. Curt. tractat. feu. 4. par. nume. 43. Cæterùm de casu non petitæ inuestituræ suprà dictum est. An autem cliens adeò à iure suo cadat, quòd etiam intra paucos dies moram purgare non possit, disputatum est, & communiùs conclusum, purgationi locum non esse, Curt. latè tractat. feud. 4. par. numer. 50. Bald. c. 1. numer. 3. Quo tempo. mil. Addunt alij fallentiam, quando feudum concessum est, vel à supremo principe: vel ab ecclesia, quæ maiorem æquitatem nobis præstare debeat, Alciat. l. interdum. §. si Stichi. ff. de verb. obl. Quid in alienatione partis? Sunt qui totum amitti tradunt. Sed erroris conuincuntur per manifestum textum cap. 1. De Vasal. qui contra constitut.

Lotha.& per eum, quem pro Oberti regula paulò antè adduximus. Ratio eius rei est manifesta, quòd pœna delictum excedere non debeat, l. sancimus. Co. de pœn. eamq; ob causam conditiones in verbis legis scindantur, l. rescriptum. ff. de his quibus vt indig. l. in depositi. ff. depos. cùm aliàs manifestum sit, conditionem reddere actum indiuiduum, qui separationem pateretur, l. 5. §. fin. ff. de verb. obl. ita vt nec pro parte impleri, nec pro parte scindi queat, l. cui fundus. ff. de condit. & demonstra. hincq; traditum sit, si testator instituto hærede, adiecerit, se ea conditione facere, ne hæreditatem alienet, & si fecerit, sit priuatus, & hæreditas ad alium deuoluatur, hæredem alienantem partem cadere tota, Alciat. l. Stichum. ff. de leg. 1. Quia ademptũ sub conditione videtur sub contraria conditione datum, l. aliquando. ff. de condit. & demon. Conditiones autem scindi non possunt, d. §. fin. ob ius verborum, quæ in eis propriè & strictè accipienda sunt, l. Mæuius. l. qui hæredi. ff. de cond. & demonst.

CONCLVSIO OCTAVA.

An

An filius domini ad priuationem agere possit ob τὰς φηλώσεις viuo patre commissas.

SI dominus in vita non est de beneficiario suo, quòd beneficiũ amittere meruerit, conquestus, filio eius id faciẽdi postea non dari locum communiter concluditur, Bald. c. 1. in princ. nu. 14. & 23. Quib. mod. feud. amit. & parag. insuper. num 7. De prohib. feu. alie. per Frid. Ioan. And. in Spec tit. de Feud. § nunc dicamus. verb. l. fin. reuoluitur. Ratio est euidens, quòd agatur pœnaliter ad vindictam: cuius generis actiones hæredibus & contra hæredes non dantur, l. iniuriarum. el. 1. ff. de iniur. Fallit, si vel pater τὴν φήλωσιν nesciuit: vel morte subita præuentus cognitionem parium requirere nequiuit, Bal. d. § insuper.

CONCLVSIO NONA.

Culpa & φήλωσις Vasalli quibus noceat.

AGnatis τὴν φήλωσιν Vasalli in beneficio veteri non præiudicare ab

omnibus comprobatum eſt: ſiue delicti exiſtat in alium, quàm dominum commiſſi, §. deniq; Quæ fue. pri. cau. §. ſi Vaſallus. Si de feu. defunct. conten. ſit. ſiue contractus, c. 1. de alie. feud. pater §. hoc quoq;. De ſuc. feu. c. 1. De prohib. feu. alie. per Frideri. In caſu non petitæ inueſtituræ idem tenet Schenckius §. præterea. el. 1. De prohib. feu. alie. per Frid. Sed cur ſecùs eſſe putem, moueor cùm generalitate tex. in d. §. præterea, qui generaliter & indiſtinctè in beneficio nouo & veteri intelligendus erit: cùm nullus alius contrarium expreſſè probet: tùm, ob verbum, Damnetur, poſitum c. 1. Quo temp. mil. quod interpretes communiter ibidem, & Hieron. Schiurph consil. 66. nume. 19. centur. 1. explicant, damnetur ad reſtitutionem. Reſtitutio autem præſupponit habitum: & reſtitui dicitur ei, à quo conceſſum ſeu datum eſt. Tertiò perpendo cauſam conſtitutionis de petendo inueſtituræ renouationem, quæ eſt, vt ſe gratum domino Vaſallus per hoc declaret. Et cùm ingratitudo iniuria & contemptus ſit, reſpiciatq; dominum, meritò non agnatis feudum, ſed domino applicatur, arg. boni text. in d. §. denique. verſ. ſi Vaſallus. Quæ omnia mul-

tò

tò magis in filio procedunt, si feudum γενεαρχικὸν est, c.1. Si Vasal. feud. priue. excepto casu φηλώσεως contractus, si hæreditatis paternæ particeps factus nõ est, tam in nouo, quàm veteri, parag. item si fuerint. Quib. mod. feud. amit. d. §. hoc quoque §. Titius. Si de feud. defunct. conten. Itemque in casu τῆς φηλώσεως delictorũ, quando auo viuo & beneficium tenente pater meus illa commisit, Specul. titul. de feud. parag. nunc dicamus. num. 2. versic. sed quæritur. Bald §. insuper. num. 5. vers. quærit gloss. De prohib. feud. alie. per Fri. vel deniq; dominus spontaneo beneficio velit filio concedere, quod pater amittere meritus fuit: dummodo ad ipsum pertinuerit dominum, puta, quia nouum sit: vel etiam antiquum, iuxta distinctionem d. §. deniq;. aliàs agnatis natum ius sine eorum consensu tollere non posset, l. nec auus. C. de emanc. c. 1. vers. agnatis tamen. An agna. vel fil. d. §. hoc quoq;. §. econtrario, vbi Bal. num. 5. De inuest. de re alie. fac. Bal. & dd. c. 1. Quemad. feu. ad. fil. pulchrè Zas. tract. feu. xj. par. nu. 8. Nisi ex singulari & magna aliqua causa, §. si verò. De Allod. fac. l. Lucius. ff. de euic. l. item si verberatum. vbi Bartol. ff. de rei vend.

omnibus comprobatum eſt: ſiue delicti existat in alium, quàm dominum commiſſi, §. deniq; Quæ fue. pri. cau. §. ſi Vaſallus. Si de feu. defunct. conten. ſit. ſiue contractus, c. 1. de alie. feud. pater §. hoc quoq;. De ſuc. feu. c. 1. De prohib. feu. alie. per Frideri. In caſu non petitæ inueſtituræ idem tenet Schenckius §. præterea. el. 1. De prohib. feu. alie. per Frid. Sed cur ſecùs eſſe putem, moueor cùm generalitate tex. in d. §. præterea, qui generaliter & indiſtinctè in beneficio nouo & veteri intelligendus erit: cùm nullus alius contrarium expreſſè probet: tùm, ob verbum, Damnetur, poſitum c. 1. Quo temp. mil. quod interpretes communiter ibidem, & Hieron. Schiurph consil. 66. nume. 19. centur. 1. explicant, damnetur ad reſtitutionem. Reſtitutio autem præſupponit habitum: & reſtitui dicitur ei, à quo conceſſum ſeu datum eſt. Tertiò perpendo cauſam conſtitutionis de petendo inueſtituræ renouationem, quæ eſt, vt ſe gratum domino Vaſallus per hoc declaret. Et cùm ingratitudo iniuria & contemptus ſit, reſpiciatq; dominum, meritò non agnatis feudum, ſed domino applicatur, arg. boni text. in d. §. denique. verſ. ſi Vaſallus. Quæ omnia mul-

tò

tò magis in filio procedunt, si feudum γενεαρχικὸν est, c.i. Si Vasal. feud. priue. excepto casu φηλώσεως contractus, si hæreditatis paternæ particeps factus nõ est, tam in nouo, quàm veteri, parag. item si fuerint. Quib. mod. feud. amit. d. §. hoc quoque §. Titius. Si de feud. defunct. conten. Itemque in casu τῆς φηλώσεως delictorũ, quando auo viuo & beneficium tenente pater meus illa commisit, Specul. titul. de feud. parag. nunc dicamus. num. 2. versic. sed quæritur. Bald §. insuper. num. 5. vers. quærit gloss. De prohib. feud. alie. per Fri. vel deniq; dominus spontaneo beneficio velit filio concedere, quod pater amittere meritus fuit: dummodo ad ipsum pertinuerit dominum, puta, quia nouum sit: vel etiam antiquum, iuxta distinctionem d. §. deniq;. aliàs agnatis natum ius sine eorum consensu tollere non posset, l. nec auus. C. de emanc. c. 1. vers. agnatis tamen. An agna. vel fil. d. §. hoc quoq;. §. econtrario, vbi Bal. num. 5. De inuest. de re alie. fac. Bal. & dd. c. 1. Quemad. feu. ad. fil. pulchrè Zas. tract. feu. xj. par. nu. 8. Nisi ex singulari & magna aliqua causa, §. si verò. De Allod. fac. l. Lucius. ff. de euic. l. item si verberatum. vbi Bartol. ff. de rei vend.

Philip. Dec.l.id quod nostrum. ff. de regu. iur. quæ an in summo principe præsumatur, vide Alciat. præsumpt. 8. reg. 3 Frideri. Schenckium in virida. conclu. 37.

CONCLVSIO DECIMA.

De processu in puncto priuationis feudi.

AD priuationem non propria autoritate, sed ordine iudiciario procedendum est. Quod pulchrè constituit Lotharius Imperator c. 1. De feu. sine cul. non amit. Et Fridericus in §. si duo ·§· quicunque aduocatiam. De pa. tenen. Et Conradus primus, titul. de benef. & ter. trib. Deuotè, inquit, præcipimus, & firmiter statuimus, vt nullus miles Episcoporum, Abbatum, & Abbatissarum, Marchionū, vel comitum, vel omnium, qui beneficiū de nostris publicis bonis, aut de ecclesiarum prædijs nunc tenent, aut tenuerint, aut hactenus iniustè perdiderint, tam de nostris maioribus Valuasoribus, quàm eorum militibus sine certa & cōuicta culpa suum beneficium perdat, nisi secundum consuetudinem antecessorum nostrorum, & iudicium

dicium parium ſuorum, Felin.c.quæ in ecclesiarum.num.62. De conſti.& latè Bald. in c.1.num. 25. De Allod. cuius diſtinctionem in §.nulla.nume.8. Per quos fiat inueſt. non probo: ſed ſententiam vel declaratoriam tantùm neceſſariam eſſe iudico, ſecundum prolixè tradita à Frider. Schenckio in prac.par.3.rub.42. Cæterùm iudicem hîc non agit ordinarius: niſi vel in defectum: vel quando defenſio conuenti ad dominum ſpectat c.1. De inueſt. in mar. fac. Formam libellandi ponit Spec. tit. de Feud. §. nunc dicamus.

GLORIA SIT DEO OMNIPOTENTI.



INDEX RVBRICARVM IN FEVDALIBVS CONCLVſionibus Iacobi Kleiſten Pommerani explicatarum.

de

domino

nem



BREVIS ELENCHVS rerum memorabiliū in Feudalibus conclusionibus Iacobi Kleisten Pommerani contentarum, secundum Decadas & conclusiones signatus.

A.

A lis

B.

C.

Clausulæ,

I.

L.

M.

Mono-

N.

O.

P.

S.

Vasallus

Vasalli

Laus sit Deo optimo maximo.



BREVIS REPETITIO IN TItulum consuetudinum Feudalium De Allodijs, conscripta per

IACOBVM KLEIST POMMERANVM.



FRANCOFORDIAE,
Anno M. D. LXVIII.

GENERIS NOBILITATE, ERVDITIONE, ET MODESTIA commendato D. Benedicto ab Alefelt Holſato, amico & fratri ſuo chariſsimo, S.



VM IN CELEBERrimam Belgarum Academiam Louanienſem τῶν φροντιστηρίων Ισσινιακῶν quiete paſsim turbata, his diebus reuerſus cogitationis oculis, quam ibidem ante trienniũ contraxerimus amicitiam, quàmq; iucundè multos transmiſerimus dies, intuerer, non potui nõ lætari, Benedicte chariſsime, & de eius firmiter conſeruatæ memoriæ teſtimonio ſollicitam ſuſcipere meditationem. Quo non occurrebat nunc aptius, quàm ſi ad te breuiſsimam repetitionem tituli vſuum Feudalium, De allodijs, negligentius à noſtris tractati commenttaori-

bus, αὐτοσχεδιασὶ conſcriptam tranſmit-
terem. Noui enim tuum in literas ardo-
rem: noui ingenium: vt ſic iſta ratione li-
bentiſsimè me videre oſtenderem, quò a-
lijs iuris partibus etiam hanc, quæ fundo-
rum beneficiariorum tractat doctrinam,
adiungere nequaquam intermitteres. Ad
quod te hortarer pluribus: niſi currenti
calcaria me additurũ certus ſcirem. Perge
modò qua cœpiſti induſtria, nullis nec dif
ficultatum obicibus, nec laborum deter-
ritus magnitudine: & te eum, qui patriæ
vtilitati: tuis verò honori aliquando eſſe
poſsis, adiuuante diuina gratia futurum
auguror. Hoc itaque meæ erga te volunta
tis teſtimonium καὶ τῆς φιλίας ἡμῶν μνημό
συνον benigna vt ſuſcipias fronte, & amici
tiam noſtram diligenter tuearis, vnicè pe
to. Louanij Calend. Iunij, Anni à nato
Chriſto 1568.

T.

Iacobus Kleiſt.

BREVIS

BREVIS REPETITIO IN TITVLVM, DE ALLO- diis, in vsibus Feu- dorum.



OMMVNEM INterpretum nostrorum secuti morem, in explicãdo hoc titulo ad quatuor capita nostram dirigemus intentionem, nimirum, ad continuationem, diuisionem, notabilia, & glossarum examinationem. Ad primum quod attinet, perperam hic textus à constitutione Friderici Barbarossæ, quam de pace iuramento firmanda Ronchaliæ in Italia, (vt ex Otthone Frising. lib. 2. de reb. gest. Frid. patet) promulgauit, separatur. Quod non animaduersum à Iacobo de Bel. Baldo & aliis, rectè monuerunt Auarot. Baro à Tauten. Eguina. Bar. & Iacob. Cuia. Cæterum barbara sunt vocabula, Allodium, Allode, pro re propria & patrimoniali vsurpata. Reperiuntur sæpe in legibus Salicis, vt titul. 62. de Alod. Ripuario. titu. 58. de Alod. Boioar. cap. 2. titul. 2. Contrarium est Leudum: vnde Leudes, & Leodes, quos æquè barbara voce textus vo-

cant Vassallos, & Vassos, vt in leg. Fran. lib. 4. c. 4. & 75. De Vassis adhuc in palatio seruientibus & beneficia habentibus. Item Valuasores § Marchio. De his qui feud. da. pos. cum similibus, quæ pleniùs in conclusionibus deduximus.

Partibus tribus constat Titulus noster. In prima de prohibita distractione iurisdictionis Imperatoriæ agitur. In secũda ponitur casus, vbi dominus ex causa fidelem suum sine culpa beneficio potest exuere. Tertia de Vasallorum tractat ope, quam Regi ad suscipiendam Imperij diadema proficiscenti, vel vnà eundo, vel certas collationes præstãdo, obligati sunt ferre. Porrò ex notabilibus Tituli nostri dignitas & vtilitas, quam exiguã ducere doctores nostri videntur, pulchrè animaduertetur. Notandum itaq; erit primò. Licet allodiũ liberè vendi vel aliter alienari poßit, l. in re mandata, C. mand. l. nemo. C. de Iudæ. Si tamen in terris aliquibus allodialibus seu patrimonialibus meis iurisdictionem habeat vel concurrentem vel reseruatã Imperator, nõ possum eas planè liberas vendere: adeò, vt si faciam, tota venditio corruat, nec à me emptor interesse postulare poßit, tanquàm contrahens de re, cuius distractionem inconsulto summo Imperatore, non permitti quilibet scire debebat, arg § sed aliquando § res fisci. Insti. de Vsucap. & fa. bona Theorica Alciat. in c. cùm cõtingat. nu. 105. De iureiu. Secùs, in rebus alienis ad priuatum aliquem spectantibus, l. rem alienam. ff.

de

de contra.emp § non solum. Instit. de lega. vbi bonæ fidei emptori datur de euictione regressus, l. si fundum. C. de euict. § si vasallus feudum. Si de feu. defunct. conten. c. 1. in prin. De prohib. feu. alie. per Frid. Simile exemplũ placet ostẽdere in feudis, quæ licet olim pro certa parte & certis modis potuerit alienari § aut si libellario. Quib. mo. feu. amit. c. 1. De alie. feu. c. 1. Quid iur. tamen si dominus sibi in ijs vtcunq; extra curtem essent, reseruasset iurisdictionem aliquã, aut alium honorem, alienatio sine domini cõsensu sub pœna amißiõis interdicta fuit, non tantùm quo ad talem iurisdictionem, sed etiam quo ad fundum beneficiarium § fina. Quibus mod. feu. amit. In alijs verò casibus concesso vel vendito simpliciter castro, veniunt etiam iurisdictiones: cùm castrum sit nomen vniuersitatis: Secùs, in re singulari, vt vult Bald. c. 1. in prin. nu. 12. De contro. inuest. & in d. parag. fina. nu. 2.

Secundò notandũ est, quemlibet posse allodium concedere in feudũ, non tantùm Marchionem, Comitem: sed etiã rusticum, adeoq; fœminã § fœminam. Per quos fi. inuest. Bal § Marchio. vbi præpos. De his qui feu. da. pos. Zas. tra. feu. 5. par. nu. 31 § Si verò. hoc tit. Quantũ verò feudalia attinet, nota, non probari ex titulo nostro, prout inconsideratè à quibusdam ad hoc allegatur, quòd ecclesia, & personæ ecclesiasticæ beneficij tenendi capaces sint. Quia hîc vniuersum dominium feudi in ecclesiam

confertur vel venditione, vel donatione, vel aliter: vnde ecclesia vel apud se tanquam allodium retinere, vel alteri vicißim infeudare potest: prout de ea potestate infeudandi ecclesiasticis personis non tantùm in bonis proprijs, sed etiam ipsius ecclesiæ competenti multa ab interpretibus in cap. 1. De his qui feu. da pos. c. 1. De cler. qui inuest. fe. exponuntur, & nos alibi monuimus.

Tertiò notandum est. Licet inter dominum & Vasallum paritas sit § dominus. De for. fidel § domino. Si de feu. defunct. conten. § in quibus. De consue. rec. feu § quoniam. De prohib. feu. alie. per Lothar. adeò, vt sicut non potest Vasallus vtile dominium sine domini cōsensu, §. similiter. De leg. Conrad. c. 1. De prohib. feu. alie. per Frid. & Lothar. ita nec dominus directum poßit alienare § ex eadem. De leg. Conrad. § si quis. Quo tempo. mil. Tamen duplex tali casu differentia est: cùm quòd dominus Vasallo inconsulto feudum ad pias causas donando, vendendo, vel aliter conferre poßit, vt hîc: Secus, in Vasallo, §. donare. Qual. olim feu. po. aliena. d. c. 1. in prin. tùm, quòd non tantùm suum directum, sed etiam ipsius Vasalli vtile transferre queat, vt hîc. Quod Vasallo, cùm illi de veteri consuetudine certis modis alienatio permissa esset, d. § aut si libellario non fuit concessum: imò ne vtilis sui alienatio quidem vltra alienatoris vitam protendebatur § rursus. Quib. mod. feu. amit. § hoc

quoq;

quoq;.De suc.feu.c.1.in prin. Qual.olim. Praterea, si beneficiarius subinfeudatum feudum refutat domino, non per hoc planè excidit subinfeudatus, parag. si autem.vers.eo excepto. Qual.olim. Bal.d.parag.rursus.Aluatot. c.1. in princ. num.5. vbi Bald.num.4.De alie.feu.pater. Francis.Curt. tract.feu.4.par.num.85.Hîc verò collatione in ecclesiam facta, Vasallum toto feudo cadere dicitur.

Quartò notandum est, æquitatem in paribus causis paria desiderare iura. vbi enim est eadem ratio, ibi etiam idem ius obseruari iustum est. l.illud. ff.ad leg.Aquil.l.fin.Co.ad Falcid. Quod notabile an in pœnalibus, quæ restringenda videntur procedat, vetus est dubiũ, in quo conclusio illa cõmunis est, quod ex paritate rationis etiã in pœnalibus & odiosis extensioni locus sit.Ita est tex.c.vnico, Quibus mo.feu.amit.et para.sed quia.ibi, vt aliæ emergant causæ. Quæ fu.pri.caus.per quem hoc ita ibidem in para.porrò.nu.6.expreßè tenet Bald.quem refert, & per multa sequitur Iaso. parag. sequens num.7 .& in parag.tripli.num.21.Instit.de Actio. dd.l.factum. parag.in pœnalibus.ff.de reg.iur.

Nouißimè notandum est, Quæ hoc loco in para. fina.de expeditione ad suscipiendam imperij coronam traduntur, eadem habere locum, si Dux aliquis imperij expeditionem cum Imperatoria Maiestate,non alijs casibus, suscipiat: vt aut comitentur Vasalli dominum, aut stipendia militiæ (quæ in

expeditione bellica Hostenditiæ vocantur, parag. similiter. De cap. Conra.) persoluant, vt hîc, & § firmiter. De prob. feu. alie. per Frider. Vulgò Keyserstewer vocant. Quorum stipendiorum quantitatem alibi idem Fridericus Aenobarbus exprimit d. parag. firmiter. Minus Conradi primi capitula exigunt, d. parag. similiter. Sed quid in aliis collationibus? Certè nullas concessas video, ne quidem nuptialitij vel λύτρου. Andreas de Iser. verò releuij mentionem aliquoties facit in regno Neapolitano & Siciliæ vsitati, vt in parag. sed etiam res numer. 7. Per quos fi. inuest. & d. parag. similiter. num. 14.

Glossas nunc aggrediamur, quarum prima, interdum propter culpam alterius feudo quem exui, innuit. Quod in filijs ἐκ τῶν φιλώσεως ἁμαρτημάτων πατρὸς indistinctè (excepto casu feudi apud auum consistentis, Specul. titul. de Feud. § nunc dicamus, nu 2. Bald. § insuper. num. 5. De probib feu. alie. per Frid.) verùm est, c. 1. Si Vasal. feu. pri § si Vasallus culpam. Si de feud. defunct. conten. sit. In agnatis verò non aliter, quàm domino per delictum offenso, parag. deniq;. Quæ fu. pri. cau. reiecta Schenckij & aliorũ de agnatis in quarto constitutis geniculo, explicatione, d. § si Vasallus culpã. per quam textus ibidem et in alijs Locis clarè loquentes iniuriosè violantur. Procedit idem glossæ dictum etiam alijs casibus, non tantùm in feudis,

vtputa,

vtputa, hæreſeos § Gazaros, De ſtatu. & conſue. c. vergentis. Extrà, De hære. Item læſæ maieſtatis, l. quiſquis. C. ad leg. Iul. maieſtat. l. fin. ff. eodem. Item natorum filiorum ſacerdotis, c. cùm multæ. 15. quæſt fina. c. 1. & 2. De fil. presby. lib. 6.

Quærit inſuper eadem glo. an collatione feudi in eccleſiam facta, dominus Vaſallo ad intereſſe teneatur. Certè, poteſtatem iſtam conferendi in eccleſiam non video qua alia, quàm fauoris erga pias cauſas, defenderis ratione: quem tamen fauorem eſſe tantum non conceſſerim, quòd de euictione cõtra dominũ fideli debeat præcludi regreſſus. Neminem enim ſine culpa rebus ſuis feudalibus vel alijs ſpoliari debere cùm paßim in communi, vt l. id quod noſtrum. ff. de reg. iur. tùm ſolenniter in feudali iureconſtitutum eſt, c. 1. De feud. ſine culp. non amit. cap. 1. De nat. feud. parag. fin. De feud. da. in vic. leg. comm. c. 1. De beneſ. & ter. tribu. fa. parag. ſi facta. Si de feud. deſunct. content. parag. fin. De no. for. fid. non attento, ad quem perueniat: minùs verò, quãdo ad eccleſiam, quæ cùm maximè cultrix iuſtitiæ ſit, c. 1. De alie. fe. non cupit locupletari bonis alienis: ſicut nec furtiuis, aut raptis. Gui. Bened. in aurea repet. c. Raynu. 1. par. verbo, Et vxorem nomine. deciſ. 3. nu. 10. et 11. Huc faciunt, Quòd ſi dominus abuſiuè inueſtito ad intereſſe teneatur, ſi nõ ſtatim poſt præſtitũ ſacramentũ, realem feudi tradit poſſeßionẽ d. § fin. quantò magis tenebitur, ſi traditam

ſi traditam ſine cauſa auſert, arg. c. 1. verſ. vt domi nus Vaſallo. Si de feu. Vaſall. interpel. Idem eſt, ſi alienam tradiderit, c. 1. in prin. De inueſt. de re alie. fac. l. ſi fundum. C. de euictio. Item, ſi Vaſallus refutatione facta obligatus ſit ſubinfeudato ad intereſſe, Bald. & doc. d. parag. rurſus. itemq; emptori, quando ignoranter venditum recuperat, parag. ſi Vaſallus feudum. Si de feud. defunct. conten. vel contra prohibitionem τῶν νεαρῶν διατάξεων alienat. c. 1. verſ. emptori. De proh. feud. alie. per Frider. quid prohibet, quò minus idem in domino ſeruetur, in cuius arbitrio poſitum non eſt, feuda modo concedere, modò conceſſa auferre, c. 1. De nat. feu. Quid deniq; impedit, quominus idem in feudo obtineat, quod in alijs bonis, quando per Principem ex magna cauſa eripiuntur, l. Lucius. vbi doc. ff. de euictio. l. item ſi verberatum parag. 1. vbi Bart. ff. de rei ven. Felin. c. quæ in eccleſiarum. num. 28. & 48. De conſtitu. Ioan. Fab. parag fin. Inſtit. de iur. nat. gent. Schenckius in Viridar. conclu. 30 33. 37. fieri debere traditur, Dec. in d. l. id quod noſtrum. ff de reg. iur.

Gloſa ſuper verbo, legitima. bene quæ vocatio legitima dicatur, explicat: ad quam ſciendum eſt, vocationem ſeu denunciationem talem neceſſariam eſſe. Nam quamuis Vaſallus domino ſeruitium non offerat, quantocunque tempore ſteterit, dummodo domino petenti ſeruire paratus ſit, nō tamen bene-

beneficium amittit, parag. licet Vasallus. Si de feu. defunct. content. sit. parag. adhæc. Hic fini. lex eamque citationem probandam esse rectè textus noster inquit vers. conuinci. cùm non præsumi decisionis sit notæ, Alciat. in tract. præsump. reg. 3. præsump. 9. Paul. de Cast. cons. 81. volu. 2. Maran. in Specul. 6. par. ver. citatio. num. 54.

Glosa antepenultima æquè rectè, deficientibus paribus, extraneos admitti testes, decidit. Quæ probatur per c. 1. De consu. rec. feu. & c. 1. Qui test. necess. ad proban. no. inuest. Sed cur pares ita exactè requiruntur? Rationem claram ponit tex. c. 1. De not. feu. Item, quis erit iudex? Certè dominus tanquam in causa propria non. Ideo ad pares cognitio pertinebit. parag. præterea. el. 3. De proh. feud. alie. per Frid. Sed nónne sunt in testes adhibendi? Dic, vt Iacob. de Bel. in c. vnico, De conten. inter dom. & fidel. de inuest. feu.

Finalis glosæ prior intellectus verior malè vocatur. Nam ob culpam vel etiam delictum amisso feudo antiquo agnatis locum patere, paßim traditum est. d. para. si Vasallus culpam. c. 1. Si Vasal. feu. priue. parag. denique. vbi latißimè Aluarot. Quæ fue. pri. caus. nec ista iniuria tantoperè concernit dominum, vt iure suo in feudo antiquo seu paterno priuari agnatus debeat. Obertus enim de grauibus & inhonestis iniurijs expreßè loquitur, parag. porrò. Quæ fue. pri. caus. alioquin vix aliqua est priua-

tio-

tionis causa, quæ non aliquatenus respiciat dominium. Verùm non omnis ingratitudo dominum concernens eripiendo feudo sufficiens est, quo ad ipsum ingratum: multò minus, quo ad agnatum, qui nihil peccauit, parag. de illa. In quib. cau. feu. amit. Nec faciunt, quæ de imminuta Imperij vtilitate allegantur. Nam feuda antiqua concessa sunt ob seruitia præstanda à possessore, qui quocunque tempore fuerit. Si itaq; Titius denegat præstare, carebit etiam feudo, & illud dabitur Caio, vt is præstet: cùm ad eum ex feudi natura & prouisione acquirentis pertineat. Et ita inquit Obertus parag. sed nec alia. Quæ fu. pri. cau. vnde cessat quod Baro à Tauten. pro ratione hoc loco allegat, Vasallum tali casu etiam ipsi videri iniuriosum Imperio, cuius gratia expeditionem istam susceptam esse cõstet. Porrò de quo domino loquitur textus noster, cùm dominum in suos vsus feudum conuertendi potestatem habere, inquit? Certè de mediato non: aliàs immediatus sine culpa feudo exueretur, contra tex. c. 1. De na. feu. cum similibus suprà pleniùs deductis.

Laus omnipotentis Dei omnipotenti filio sit semper.

